



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Primus liber. Docet nos Deum & nosipsps agnoscere, vires animæ deformatas suæ primordiali iustitiæ restituere, fide, spe, charitate cæterisq[ue] virtutibus exornare, et cum Deo, nostra videlicet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

MARGA
RITAE EVANGE

licæ Liber I.

De nobili principio nostro, ex quo origi-
naliter emanauimus, & in quod per
merita Christi refluere debe-
mus. Cap. I.



VONIAMQVI
dem, ipsa sacra scri-
ptura testante, omnes
in Adam primo pro-
genitore nostro pecca-
uimus, & in horren-
dum quoddam totius
deformitatis & mise-
riæ barathrum dila-
psi sumus: ideo si pri-

stinam vitæ puritatem in eodem prothoplasto
deperditam obtinere et recuperare voluerimus,
cum ipso nobis incipiendum est, qui prorsus o-
mni initio caret, hoc est, cum Deo, qui est illud
nobilissimum principium, ex quo originaliter
emanauimus, & in quo idealiter permanemus.
Quemadmodum enim radij solares in sole, ita
quodammodo anima nostra in Deo dependet,
qui est principium nostrum, vita nostra, & con-
seruator noster. Porro per vires animæ atque
A sensus

MARGARITAE EVANG.

Sensus ad exteriora dispersi sumus, & nos ipsos a principio nostro Deo sponte auertimus & alienauimus, & per amorem rebus creatis inhaeremus, in eisdemque solatiuncula nostra quærimus: per quod nimirum animam nostram valde deformauimus, & nos ipsos claudos fecimus: ita ut summo bono adhærere iam non possimus, neque per viam veritatis incedere. Sed & cæci atque surdi facti sumus, ita ut æternum bonum, neque agnoscere, neque intelligere valeamus: & ideo diuinas inspirationes inobediendo contempnimus. Denique rectam vitæ semitam perdidimus, & pulchritudine pristina spoliati sumus: Interim tamen ipsa interna essentia, & imago animæ nostræ nihilo minus permansit in Deo, & viuit in Deo, & Deus in nobis, quamuis ipsi hoc ignoremus. Neque enim hoc aliquis scire aut sentire potest, quamdiu creaturis inordinate afficitur, & rebus visibilibus inhaeret: & ideo necesse est ut mori studeamus sensualitati nostræ, & reiectis creaturis conuertamur ad Deum creatorem. Non enim quiescere potest anima, nisi cùm omnibus viribus suis Deo applicata, & ad Deum, suum videlicet principium, conuersa fuerit. Si proinde omnes vires nostras Deo vnire, & ipsi principio nostro inhaerere velimus, obseruare debemus, quod præceptum est angelis, & cauere, quod hominibus prohibitum fuit. Certe quum nos & omnia alia in diuinitatis adhuc abyssu increata essemus, vena flagrantissimæ charitatis suæ potenter commouebat, & perurgebat omnipotentem virtutem diuinæ essentiæ (quæ latebat in abyssu)

LIBER I.

In abyſſo diuinitatis) vt emanaret, operaretur, & plasmaret creaturas, quæ ſuæ bonitatis infinitis diuitijs fruereſſent. Creauit igitur per operationem ſanctiſſimæ Trinitatis ſuæ cœlum & terram. Et cœlum quidem ornauit angelis, vt fruereſſent ipſius delicioſiſſimis diuitijs, & contemplantur diuinitatis abyſſum, eſſentque throni atque ſedilia, in quibus Deus omnipotens reſideret & quieſceret. Paradifum vero voluptatis poſſidendam tradidit hominibus, vt ſecum omnibus delictijs fruereſſent, eſſentque ſuæ deitatis habitatio & tabernaculum, & iugiter eſſent ambularentque cum ipſo. Terram denique herbis & floribus diuerſi generis, multis quoque fructibus & animantibus propter hominem exornauit.

De angelorum creatione & ruina.

Cap. II.

Creauit proinde angelos ad imaginem ſuam, & ſe in ipſis & cū ipſis vniuit. Erantque tunc viui illi atque cœleſtes ſpūs mirabili pulchritudine decorati, veſtiti lumine gloriæ, permanentes in delicioſiſſima voluptate diuinitatis ante conſpectum æterni Dei, & in ſuauiſſima melodia diuinæ laudis. Ipſi erant clariffima ſpecula, in quibus diuina maietas ſeipſam cū perfecto gaudio cognoſcebat. Deditque eis Deus liberrime contempleri ſpeculum ſuæ beatiffimæ Trinitatis cum perfecto gaudio ac voluptate. Sed & præceptum dedit eis, quo iubebat, vt ſibi ſeruire, & in præſentia ſua permanere deberent; fecitque vt in ſpeculo ſanctiſſimæ

A ij Tri-

MARGARITAE EVANG.

Trinitatis ipsius intelligerent ac praeviderent creaturum se quandoque adhuc homines, qui diuinitatis suae diuitijs vna cum ipsis fruerentur, & quod ipse quoque naturam humanam suscipere decreuisset, oporteretque cunctos angelos humanitati ab ipso assumptae obtemperare: & nihilo minus ipsis quoque hominibus ob amorem sui ministrare, & in omnibus vijs ipsorum eos custodire. Quae cum Lucifer cognouisset, intra sese cogitabat, dicens: Ergo ne mutabitur Deus? Certe ego immutabilis sum. Nunquid igitur hominibus inservire debebo? Absit hoc: quin potius sedebam aequalis altissimo. Et in hoc ipso factus est inobediens creatori suo. Non enim seruire dignatur, qui se extollit, & sedere decreuit. Quam ob causam ab aequissimo iudice Deo instar fulguris immediate proiectus est de throno gloriae in abyssum inferni cum omnibus, qui eius superbiae consenserunt, totusque deformis effectus est. Et quia ex nouem choris angelorum ceciderunt, idcirco in ipso casu suo nouem profundos admodum in lacus inciderunt: maiorem tamen illi, qui de supremo choro praecipitati fuerunt. Quum igitur omnipotens Deus, aequissimus ille iudex, talem de superbia vindictam sumpsisset, & illi praelio finem imposuisset, respexit eum, qui remanserat, exercitum suum, & innotuit sanctis angelis, quod facere deberent, qui se ipsos cum omni reuerentia promptos exhibuerunt ad seruiendum ei, & ad laudandum eum, & ad permanendum in praesentia diuinitatis suae, ad seruiendum quoque hominibus ob amorem sui, & ad illos custodiendum. Quod in tantum placuit altissimo Deo,

LIBER I.

Deo, vt ipsos absq; mora in seipso sempiterno
foedere confirmaret, ita vt nequaquam labi vl-
tra possint.

De hominis origine, iustitia & lapsu.

Cap. III.

CV M itaq; Deus omnipotens sanctos an-
gelos ita paratos inuenisset, iamq; ipsos
cōfirmasset ad fruendū æternaliter in per-
fecto gaudio diuinitate sua, ex abyssō amoris
motus fuit ad perficiendū id, qđ ab æterno cogi-
tauerat, cognouerat atq; dilexerat: idq; per potē-
tiā, & omnia prauidentē sapientiā, & effluētissi-
mā bonitatē suā. Dixit itaq; intra semetipsum;
Faciamus hominem ad imaginem & similitudi-
nem nostrā, vt quēadmodum nos vnus spiritus,
& vna simplex essentia sumus, ita & ipse vnus
sit spiritus, & vna simplex essentia quiescēs no-
biscū, & per gratiam habitans in incōmutabili
æternitate nostra. Ad similitudinem quoq; vt si-
cut nos tres personæ sumus, quæ omnia operan-
tur, vna videlicet per aliā: sic & ipse tres vires
habeat, memoriā scilicet, qua valeat æterno-
rū reminisci, intellectum, quo æternā veritatem
cognoscat & intelligat, & cuncta sapienter di-
sponat: & voluntatē, qua diligat & recurrat in
suum principium, & summū bonum amplectā-
tur, et per amorē cuncta bona possideat. Plasma
uit autem ipsum ex incōtaminata terra, deniq;
ipsam animā tam nobilē condidit, vt nihil eam
præter Deum satiare possit, vt cunctis irrationa-
libus creaturis esset superior, et similis foret Deo.
Insuper seipsum vniuit in ea, imprimens ei eter-

A iij nam

MARGARITAE EVANG.

nam imaginem atq; similitudinē suam, donansque ei spiritum vitæ, volensq; ipse, tanquam fidelis pater spirituum, semper nobiscum permanere, vt ipsa secum in perpetuum viueret, & omnino plenissima felicitate in ipsius glorię sempiterna fruitione faceretur. ¶ Ipsum vero primum hominem æternæ veritatis perspicuo lumine perlustrauit, ornans eū cunctis virtutibus, vt esset thronus, in quo Deus requiesceret, & instrumentum, per quod operaretur. Memoria eius pura erat & quieta, Deo vnita, & sic ad Dei influentiam dilatata, ac si coelum & Deum ipsum in potestate sua haberet. Intellectus ipsius ita simplex erat, & per diuinam illuminatus claritate, vt omnia sibi necessaria perfecte in speculo diuinitatis intueretur, cum perfecto quoque gaudio semper æterna regeneratio renouabatur in ipso. Voluntas eius ita in Deo erat vnita, & diuino repleta amore: sic denique in diuinam quandam eleuata libertatem, vt vnico cordis affectu cum Deo esset vnitus vt vellet. Ratio ipsius perfusa erat rationali lumine discretionis boni ac mali, quo cuncta prudenter ordinabat, & singulis creaturis sua nomina imponebat. Conscientia eius in perfecto erat gaudis constituta: quippe quæ nihil habebat, vnde erubesceret in conspectu Dei. Vis eius concupiscibilis cum omni puritate ad summum bonum erat erecta, quatenus ipsum solum diligeret, & in eo solo gauderet. Irascibilis per amorem fortis erat ad assequendum omne bonum, & ad custodiendum cum timore id, quod erat consequuta; ad vitandum quoque

que omne malum, cum perfecta displicentia atque odio ipsius. Gloria & honore coronatus erat, & vnctus oleo lætitiæ, perlustratus insuper omni puritate & lumine æternæ deitatis. Habitabat etenim omnipotens Deus, & conuersabatur cum ipso, prout solet amicus cum amico. Sed & permisit ei liberrimum vsum omnium deliciarum ipsius paradisi, & super omnes creaturas eum dominum constituit, vt eius imperio subiacerent. ¶ Et vt vicissim ipsi homines suo quoque creatori subditi essent, prohibitionem talem dedit eis, ne scilicet de arbore scientiæ boni & mali manducare præsumerent. Sed non multo post transgressi sunt præceptum domini Dei sui per inuidiam diaboli, qui sese in serpentem transfigurauerat. Euam nanque per mendacium decepit, vt de præcepto domini dubitaret, & serpentis voluntatem perficeret: Adam vero per mulierem subuersus est, quæ primo blandis verbis ipsum inducere nitebatur ad ligni vetiti comestionē. Cumque admoneret eam diuinæ prohibitionis, & comminatæ mortis, illa vehementer consternata, & an ergo sola mori deberet quæstia, virum permouit, vt mulieris sensualitati acquiescens, eam contristare nollet, sicque vitam perdidit, & mortem inuenit. Restitit itaque rationi suæ, & de cibo vetito manducauit. Et ipso factò vestem innocentie perdidit infelix, & spiritus eius a libertate gloriæ prohibebatur, anima eius cunctis virtutibus nudabatur, memoria ipsius claudabatur, & cogitationes eius dispersæ fuerunt. Intellectus eius obscuratus, voluntas

A iij a sum-

MARGARITAE EVANG.

a summo bono auersa & in seruitutem peccati redacta, & ratio eius excæcata fuit, & virtutum discretionem perdidit. Vis concupiscibilis impura facta fuit, & foedis delectationibus inhefit: irascibilis etiam ad omne bonum acediosa efficiebatur. Et breuiter, omnes vires eius contractæ, & omnes affectiones atq; desideria ipsius deordinata fuerunt. Quinq; sensus eius ab æternorum fruitione exclusi, & in varias rerum temporalium calamitates dispersi fuerunt. Cōscientia eius omnium peccatorum graui pondere deprimebatur, & grauissime contristata & confusa fuit ante conspectū Dei. Auferebatur ab ipso vestis decoris, & splendor diuinitatis, & rectā semitā atq; cōpendiosiore ad veritatē viam perdidit, quæ ad fundum animæ deducit, vbi Deum adoramus, & vnus cū eo spiritus effimur. Et post hæc deprehendit se nudū esse, atq; inde erubescens, satagebat se occultare, & nuditatem suam tegere. Sed ilico diuina voce fuit admonitus, dicente sibi, Adam vbi es? quæ etiam de transgressione sua ipsum reprehendit. Excusauit autem sese, & in mulierem culpam retorqueere voluit, & illa consequenter omnia serpenti impuit. Et ideo statim extra paradysum eiectione sunt. Si enim peccatum suum Adam confessus fuisset, & indulgeri sibi postulasset a domino, Deus utiq; peccatū ei dimisisset, et ipse in paradiso remansisset. Sed quia culpam suam confiteri renuit, in multas calamitates cecidit, & a via veritatis aberrauit, quæ nunquam deinceps ita manifeste innotuit hominibus, donec purissima virgo Maria nasceretur, quæ hanc viam in se ipsa clarissi-

clarissime apprehendit. Erat enim ab omni peccati contagione mundissima, & introuersa in fundum animæ suæ, ubi continue per hanc viam gradiebatur, adherens iugiter suo principio Deo, ita ut vnigenitum filiū Dei, qui est veritas æterna, delectaret per ipsam procedere & esse cum filiis hominum, & perficere charitatem illam, in qua nos ab æterno dilexit. Et quamuis multum esset destructa & ignobilitata natura nostra, ipsæ tamen nos haudquaquam est dedignatus.

De reparatione nostra per filium

Dei.

Cap. III.

Surrexit igitur filius Dei de throno regali, & de sede gloriæ suæ, descenditque in virginalem uterum beatissimæ Mariæ, & de purissimis sanguinibus virginei cordis eius humanam naturam assumpsit. Delectabat enim dominum maiestatis in flore campi requiescere, & lilio cōuallium, ac humilitatis viola nutriri. Ipsa produxit nobis solem iustitiæ, & viam veritatis & vitam, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quisquis enim ambulat in fundo animæ, & habitat ante conspectum Dei, ille vitam recipit ab ipso, & omnium clarissime illuminatur. Propter hoc namque venit in hunc mundum, ut nostras tenebras illuminaret. Et ob hoc natus est, ut nos per natiuitatem ipsius in nouam vitam gratiæ renasceremur. Ob hoc denique nobiscum vixit & conuersatus est, ut nos omnem vitam & conuersationem nostram secundum ipsius perfectissimas virtutes ordinaremus. Ipse enim docuit nos pro-

A v ximam

MARGARITAE EVANG.

ximam ad veritatē viam, quæ nos ducit in sum-
 dum animæ nostræ, vt ipsum ibi quæramus &
 inueniamus. Hinc manifeste dicit: Regnū Dei in-
 tra vos est. Et: Thesaurus absconditus est in agro.
 Thesaurus iste Deus est, qui absconditus est in
 agro creatæ essentiæ ipsius animæ. Quod nimi-
 rum Propheta videbat, quando dixit: Vere do-
 mine, tu es Deus absconditus. ¶ Quisquis igi-
 tur Deum & quærere vult & inuenire, quærat
 eū in seipso, in intimo videlicet animæ suæ, vbi
 est imago Dei, & perfodiat agrum creatæ essen-
 tiæ suæ: & ita seipsum inueniet idealiter increa-
 tū in essentia diuina, et in nuda essentia animæ,
 sicq; redibit in principium suum per Iesum Chri-
 stum, qui est via nostra, qui per passionem suam
 exoluit omne debitum nostrum, & fructuosum
 fecit, quicquid nos patimur, qui per mortem su-
 am destruxit mortem nostrā, & nobis vitā æter-
 nam præparauit. Per spiritum quoq; suum pri-
 stinam libertatem restituit spiritui nostro, eum-
 que reduxit in principium nostrum, in nobilem
 fundum animæ, in quo Dei est habitatio, nosq;
 secum vniuit, vt illic eum adoremus in spiritu
 & veritate. Porro per animam suam omnes vi-
 res animæ nostræ reformauit, vt sit aptum instru-
 mentum, patientes ipsius diuinam inactionem.
 Per corpus denique suum, & pœnosam vitam
 atq; mortem suam, cor nostrum, sensus nostros,
 omnia membra nostra, corpusq; nostrum ab omni
 denuo macula peccatorum emūdauit, & nos pu-
 ros atq; mūdōs effecit, quatenus in nobis lux ve-
 ritatis & sol iustitiæ rursus oriretur, & in nos &
 per nos lumen suum diffunderent. ¶ Omnia
 quoq;

LIBER I.

quoque reformauit in nobis, quæ in Adam de-
 fructa erāt, & copiosissime nobis restituit, quic-
 quid per Adam nobis ablatum fuit, si tamen i-
 ipsi voluerimus, & nos intus & exterius iuxta vi-
 as eius direxerimus, prædictumq; nobile princi-
 pium studiose obseruare conemur, vt in ipsum
 redire & refluere possimus, & qd sit illud, quod
 angelis præcepit, & hominibus prohibuit, &
 qualiter per seipsum nos reparauit, attēdere. Cū
 enim perditū essemus, ipse nos in principiu no-
 strum reduxit, vt ei simul eū illis cœlestibus spi-
 ritibus ministremus, & in eius præsentia manea-
 mus, & hominibus ob amorem ipsius libēter in-
 seruiamus, (Sic nempe agentes cum bonis ange-
 lis nos confirmabit, facietq; nos cœlestes spiri-
 tus, & angelos terrestres, thronumq; suum, atq;
 cœlum in nostro spiritu constituet) & ne trans-
 grediamur illud, quod prohibitum est, quatenus
 anima nostra paradisi pacis esse possit, & no-
 biseum ipse ambulare valeat, atq; in anima no-
 stra paradisi voluptatis constituere, quem fru-
 ctuosum reddat omnium virtutum aromatibus:
 & vt deniq; sanctissima vita atq; passio ipsius
 iugiter sint in corde nostro, in signum amoris, se-
 cundum quas vitam & cōuersationem nostram
 ordinare debemus, & effici fecundus ager in
 cordibus nostris, in quo sponsus ambulare, &
 quem fonte misericordiz suæ fertilem ac fructu-
 osum reddere possit. Sane in his punctis vetus
 ac nouum testamentum exercetur, in eo scilicet,
 quod iugiter inhareamus nobilissimo princi-
 pio nostro, & cum angelis obseruemus man-
 data Dei, & quæ prohibita sunt ab ipso,
 cauea-

MARGARITAE EVANG.

caueamus cum hominibus, & signa dilectionis redemptoris nostri circumferamus in nobis, & habitemus in eo, & ipse in nobis. Et si quandoque per humanam fragilitatē excedere nos contingat, statim agnoscamus culpam nostram, & gratiam postulemus, noxiamque peccati nostri vitemus excusationem, in qua videlicet Adam & Eva nimis obstinati perseverabant. Sic enim nostri miserebitur Deus, & non eiciet nos e coelo spiritus nostri, neque extra paradysum animæ nostræ. Hinc sanctus ait Bernardus: Nihil ita prouocat iram Dei, sicut maledicta excusatio sui. Propterea nos ipsos semper accusemus coram iusto iudice Deo, cui secreta cordis apparent: & sic poterimus a peccatis nostris eximi, & auxilio gratiæ suæ conseruari in illa via, in qua nimirum ipse nos collocauit. Et in isto omnia includuntur.

De triplici vnione, in qua vita superessentialis proficiens, & actiua perficiuntur. Cap. V.

Sciendum est autem, quod supra scripta & subsequens materia ducit nos in tres gradus, & triplicem vitam, & in tres illas partes, quæ sunt in homine. Quilibet namque homo quasi tres homines referre videtur. Secundum corpus bestialis est, secundum animam rationalis & intellectualis, secundum spiritum vero in nuda essentia animæ, quam Deus inhabitat, Deiformis existit. Porro hæc tria singula sua exercitia suamque ornatum habere oportet, si cum Deo vniri, & Christo conformari velimus. Est autem triplex valde

LIBER I.

valde nobilis unio in homine, ex qua omne spirituale exercitium & virtutes promanant, sed per hanc solam absque nostra cooperatione nequaquam saluari poterimus. Ista namque triplex unio cunctis essentialiter inest hominibus bonis ac malis, sed in bonis tantum hominibus est etiam supernaturaliter, ornata omni virtutum exercitio, instar regni alicuius atque habitaculi.

¶ In prima superessentialiter ac deiformes, in secunda spirituales ac interni, in tertia vero actiui sumus & morales. Prima & suprema unio est in Deo essentialiter, & est intimum esse animæ nostræ, quod in Deo est, & in Deo manet essentialiter unitum, estque supra nos ipsos, supra omnia creata, supra omnes sensus atque vires eleuatum, & tamen essentialiter intra nos est in abyfso & in intima essentia animæ nostræ, vbi regnum Dei est, & sempiterna eius habitatio. Ista unio in Deo existit, ex quo creaturaliter emanauimus, & in quo idealiter in quadam deiformitate permanemus. ¶ Secunda unio quoque in nobis est, in supremis videlicet viribus, quæ unitæ & simpliciter ex prima unione promanant, ex qua nimirum profluunt, & cui essentialiter, tanquam suo principio, inhaerent, & hinc omnis virtus & deifica operatio procedit. Prima unio, simplex quaedam vis est animæ, quemadmodum Deus simplex est in diuinitatis suæ essentia, & est omnino deiformis. In Deo namque secundum essentiam suam simplicitatem permanet, & nihil habet commercij cum reliquis viribus, sed animæ quoque confert simplicem quandam unionem, quæ secunda est unio. Et ex hac unione promanant vires

vires

MARGARITAE EVANG.

vires superiores, vtpote memoria, intellectus, atque voluntas, secundum operationem sanctissimæ Trinitatis, quæ seipsam dat & vnit animæ viribus, atque hinc vniō tertia procedit. ¶ Est autem vniō tertia in viribus inferioribus, quæ in quadam vniōne simul collectæ seruantur per influentem lucem, quæ a secunda vniōne descendit ac delabitur in rationem & in vires sensitiuas. Et hinc prouenit vita, atque viuacitas cordis, & virium corporalium, & omnis sensibilis motus, atque mobilitas vitæ naturalis. Sicque manifestum est, omnia gratiarum dona atque charismata abintus, ex ignita illa suprema vniōne, vbi nos in Deo viuimus & Deus in nobis, prouenire. ¶ Habitat enim Deus in nobis, cum lumine gratiæ suæ in suprema vniōne: & quemadmodum vas aliquod crySTALLINUM, (cui accensa candela inclusa est) illustrat & illuminat omnes, qui iuxta illud sunt: ita diuina claritas & æterna veritas illuminat & inflammat nudum interioris essentiæ fundum, in tantum, vt omnes inde vires illuminentur, pascantur & roborentur. Memoria siquidem pura fit et quieta: intellectus illuminatur et simplificatur: & voluntas feruens & ardeus in amore efficitur. Hoc pacto, Deus seipsum donat in vniōne virium superiorum, et vnit in se spiritum nostrum, faciens ipsum habitare in quadam deifica libertate, et opulentia charitatis. Dehinc iam deorsum manat Deus cum larga et copiosa gratia in tertiam vniōnem virium inferiorum, et illuminat rationem,

nem,

LIBER I.

nem, quatenus omnes alias vires & affectio-
 nes sapienter gubernet. Insuper illustrat & in-
 format eam, quomodo debeat sequi monitio-
 nes & inspirationes diuinas: purificat quoque
 vim concupiscibilem, & trahit eam ad sequen-
 dum lumen illud, vim irascibilem flectit atque
 deprimit sub motu ac reprehensione diuina,
 conscientiam purgat, & libertati restituit:
 sursum ad æterna eleuat amorem, spem &
 gaudium & timorem, tristitiam, odium & pu-
 dorem erigit ad viriliter omni malo resisten-
 dum. Cor etiam lætium reddit, & internum ac
 deuotum ad omne diuinum obsequium, & ho-
 minem in omni sua conuersatione bene facit
 esse compositum. O quanta in eo felicitas con-
 sistit, quod hoc pacto Deus in anima per gra-
 tiam suam habitare dignatur. Sane quibus
 istud constat, quique fideliter in eo sese exercent,
 omne bonum & vitam illic æternam inueni-
 unt. Sed quis persuadere poterit hominibus car-
 nalibus intra ipsos esse tam inuisibile bonum?
 Hi quia hoc credere nolunt, ideo visibilibus
 duntaxat ab extra rebus inhærentes, fiunt sicut
 equus & mulus, quibus non est intellectus. De-
 us autem omnipotens ipsis ignoscere dignetur,
 quod huiusmodi tam preciosum talentum in
 terra abscondunt, in quo tam multiplicem
 fructum atque lucrum facere pos-
 sent, quod et ab eis quando-
 que summa cum distri-
 ctione requiretur.

De ista-

MARGARITAE EVANG.

De istarum trium partiū ornatu. Cap. VI.

HOC igitur pacto tres supradictæ vnitates in tribus hominis partibus existunt, in quibus triplex vita perficitur, per Iesum Christum dominum nostrum. Porro quælibet ex hac triplici vita suum ornatum suumque debet habere exercitium. Prima vita & suprema vnitas, est quædam perpetua & simplex introuersio, qua simplex essentia animæ, sese continue immergit & inclinât in diuinam vnitatē, vbi libera & absque medio permanet, & a summo bono amplexatur, ornat & stabilitur in quadam immobili & æterna quiete, libera & intacta permanens, tam a seipsa, quam a cunctis rebus inferioribus, daturq; sibi ipsum esse virtutum omnium, quod est ipsemet Deus. Hic vero exigit animam Deus cum omnibus viribus suis, vocatq; eam in suæ diuinitatis abyssum quæ intra ipsam est, & subita quadam motione omnes vires atque sensus in vnum colligit & cōstringit eos vinculo amoris, attrahitque eos sibi atque perlustrat. Et hinc secundum oritur exercitium, quod est quædam inactio Dei qua sanctissima Trinitas agit in tres vires superiores, omnia que hominis exercitia subtiliat, eisque mille modos & exercitia inspirat, de cognitione videlicet Dei & sui ipsius, et eas totaliter in se trāsformat, facitque eas in se per fidem, spem et charitatem habitare. Ex quo deinceps tertium promanat exercitium in infima vnitate, quod est quidam influxus et continuum desiderium et impulsus ad sequendum nudum crucifixum Iesum in omni
patientia,

LIBER I.

patientia, humilitate, obedientia, resignatione,
 & cunctarum exercitio virtutum. Et istud fundat
 hominem in abyssali abnegatione sui ipsius,
 & omnium creaturarum. Hinc nempe Christus
 ait: Mecum egredimini, et feliciter ingredimini;
 eo modo, quo vos ipse praecessi. Tunc demum
 homo instrumentum Dei efficitur ornatus omni
 virtute subiicitque seipsum cum omnibus viri-
 bus suis omnipotenti, sapientissimo, dulcissimo
 & reuerendissimo Deo ceterisque creaturis omni-
 bus ob amorem Dei. Et per hoc introducit &
 solidatur in vita superessentiali deiformi in spi-
 rituali proficiente, & in activa moriente. Istud
 autem magis obrinetur simplici introversione,
 quam alta contemplatione, & citius amorosa
 aspiratione, quam magna exercitatione, & plus
 deuota oratione, quam magno quouis externo
 labore. Ante omnia ergo obseruare debemus
 essentialem introversionem, & amorosam aspi-
 rationem, cum continua iugique oratione. Omne
 namque bonum, & omnis influxus diuinus, abin-
 titu venit a domino Deo, qui intra nos est, nobis
 que magis vicinus existit, quam nos ipsi nobis, et
 eius inactio nobis vicinior est atque propinquior
 cunctis operibus nostris.

Qualiter eradicare vitia & illos loco virtu-
 tes inserere debeamus. Cap. VII.

Porro, si ad hoc pertingere velimus vtali-
 ter in ipsas quodammodo virtutes trans-
 formemur, hoc est, in Christum, qui est ipsa
 virtus, mundanda nobis est ante omnia consci-
 entia nostra, & cunctae defectuositates inde sunt
 euellendae, viresque omnes diligenter perscrutan-
 dae.

B da.

MARGARITAE EVANG.

da. Affectiones quoque & quinque sensus nostri, tam exteriores, quam interiores, in quibus vitiorum radices profunde nimis absconditae iacent. Cumque iam purificata fuerit atque mundata in balneo dominice passionis conscientia nostra, studiose agendum est, ut loco vitiorum in ea virtutes inserantur. Quamvis enim fortassis iam nullius sibi peccati quis conscius esset, nisi tamen pro virtutibus acquirendis sollicitate incumberet, in omnia statim peccata dilaberetur. Ea propter pro virtutum acquisitione magna nobis cura adhibenda est, quatenus illis muniti esse possimus contra quaelibet peccata, non illa tantum, quae iam forte incidimus, sed ea etiam, in quae adhuc labi quandoque possemus. In primis igitur armatos esse nos oportet vera fide, ut in Deum firmiter credamus, & quicquid credere tenemur. Primum namque peccatum, quod primi parentes nostri commiserunt, fidei dubitas fuit. Ideoque nobis imprimere debemus duodecim articulos sancte fidei Christianae contra omnes errores & omnem infidelitatem, firmiterque credere, quicquid sancta catholica atque Christiana ecclesia credit. Dehinc decem precepta Dei intra nos portare debemus, ne nos, quod absit, domino Deo rursus inobediens fieri contingat. Et contra septem peccata mortalia septem virtutes et septem dona spiritus sancti: Et contra sex peccata in spiritum sanctum septem sacramenta: Et contra novem peccata aliena, octo beatitudines: Et contra peccata omnia, septem opera misericordiae & duodecim fructus spiritus sancti. Et tunc laborabit homo, ut imagini Christi possit conformari. Quod ut obtinere possit, necessaria est ei in primis saltem aliqua de Deo cognitio, & qualiter ipse in nobis existat. Hinc porro cogitatio

LIBER I.

tio sui ipsius procedit. Deinde spiritale suū alpha-
 betū addiscere perfecte atq; scire debet, q̄tenus
 videlicet agnoscat oēs vires & affectiōes suas,
 conscientiam suam & quinq; sensus suos exte-
 riores & interiores, quæ simul viginti quatuor
 literas constituunt, per quas omnia diuina ac spi-
 ritualia intelligunt. Et has literas nosse oportet &
 scire vbinā sint in homine, & ad quid factæ sint,
 in quæ mala corruerint, & per quid reformandæ
 sint, & qualiter in rectitudine sua teneantur. Scho-
 la vero, in qua spiritale istud alphabetum addis-
 cendum est, ipse est animæ fundus, vbi celestis
 magister, æterna videlicet sapiētia in intimis no-
 stris inhabitat, in quo omnes doctores scholas
 visitant, qui ab æterna sapientia instituunt. Nō
 em̄ possunt vere diuini doctores effici, nisi a spi-
 ritu Dei fuerint edocti. In hac schola ꝑ̄ a Deo
 seruendi, & ipsum in spiritu & veritate adoran-
 di ediscitur, & q̄tidie nouæ quædā artes & inter-
 næ sciētiæ hic tradunt, adeo vt si quem mille an-
 nis superuivere possibile foret, nouas hic semper
 veritates ille p̄cepturus esset. Et ob hoc longiorē
 vitā appetere debemus, q̄tenus nobis ipsis perfe-
 cte mori possimus addiscere, et plene cognoscere
 q̄liter iuxta diuinę ꝑ̄tatis exigentiā v̄uere tenea-
 mur: et sic absq; medio de vita p̄senti ad vitā æ-
 ternā trāsibimus. Porro si nūc istud discere negle-
 xerimus, tādū purgatoriū dirissima nos incēdia
 cōflagrabit, donec istud funditus agnoscamus.
 Qualiter in nobis ipsis Deum agnoscere de-
 beamus.

Cap. VIII.

VT vero saltē aliquā de Deo cognitiōem,
 prout tenemur, habere possimus, sciendū
 est Deū esse simplicē quandā essentiā, que

B ij seipsum

MARGARITAE EVANG.

seipsam vniuit in essentia animæ nostræ. Est autem Deus trinus in personis, & vniuit seipsum in viribus supremis. Nos quoque fecit ad imaginem et similitudinem suam. Secundum simplicem animæ nostræ essentiam, Dei intra nos imaginem habemus: Secundum vero tres vires superiores, quæ promanant & originem trahunt ex illa simplici imagine, Dei intra nos similitudinem habemus. Per simplicitatem suam quiescit ipse in nobis, & hoc per merita sanctissimæ humanitatis suæ. Et secundum quod nos operamur, et strictiosius nos ipsos applicamus, atque conuertimus ad Deum, secundum hoc operatur ipse perfectius in nobis similitudinem diuinitatis ac humanitatis suæ, facitque nos esse per gratiam, quod minime sumus per naturam, quatenus ipsum intus et exterius sequi valeamus eo modo, quo nos ipse præcessit. Et hæc sunt deliciae atque gaudium domini Dei nostri in nobis, quod ipsi videlicet similes efficimur. Perfecta namque salus nostra in eo consistit, quod taliter in Christum transformamur, et in ipso permanemus.

Simplex quædam cognitio vel confessio sanctissimæ Trinitatis. Cap. IX.

CRedimus autem in diuinitate tres esse personas, videlicet patrem & filium et spiritum sanctum: atque has tres personas vnum esse verum Deum, continentem in se potentiam, sapientiam et bonitatem, quæ sunt tres inuisibiles vires (si tamem ita dicere fas est) videlicet potentia, qua omnia potuit: sapientia, qua cuncta disposuit: atque præuidit: et amor, qui ipsum ad omnia creanda incitauit. Faciamus (inquit ipse) hominem ad imaginem

LIBER I.

nem & similitudinē nostrā. Aduertedū igitur, q̄
quemadmodū in Deitate tres personæ existūt, et
vnus Deus: ita in anima sunt tres vires & vnus
spiritus. Est autē spiritus animæ quædam nuda et
simplex essentia, quæ in perpetuū viuet atq; du-
rabit, & in ista essentia Deus seipsum vniuit, a-
gens in memoriam, intellectū et voluntatem, se-
cundū quæ similitudinem habet anima sanctis-
simæ Trinitatis. Porro sicut harum viriū altera
sine altera nihil operat: ita & in beatissima Tri-
nitate nihil exterius operatur vna persona sine
alia. Patris enim potentia nihil agit absq; filij
sapientia, & bonitate sancti spiritus: & pari mo-
do memoria nihil cogitare potest, nisi per intel-
lectū ipsi imprimat: et intellectus nihil potest in-
telligere siue cognoscere, nisi memoria prius i-
psum recogitet, et tūc illud intellectus apprehē-
dat. Et hoc modo filius ex patre generat. Porro se-
cūdū qd̄ rei alicuius reminiscimur, & intelligē-
do vtilē fore cognoscimus, secundū hoc q̄q; dili-
gimus eandem: & pro quāto eā volumus, pro tā-
to eā & amamus & desideramus. Et sic patet, q̄
neq; memoria, neq; intellectus, neq; volūtas ef-
se, vel aliqd̄ operari possint altera sine altera: si-
cut nec in sanctissima Trinitate exterius vna p-
sona aliquid agit sine altera. Pater em̄ gignit fi-
liū, per quē seipsum perfectissime cognoscit, &
ob hoc nō potest nō amare atq; laudare perfecte
seipsum, quod ipsi soli est possibile.

De viribus aīæ & ipsarū opatione. Cap. X.

ET quis anima quædā inuisibilis essentia sit,
quæ nullū occupat locū secundū exteriorē
modū: habet nihilo minus peculiare locū
suū, operationē et motū in homine. Secundū sim-

B iij plicem

MARGARITAE EVANG.

plicem essentiã suam manet suspensa in Deo, cu-
 ius est insignita imagine. Porro ex ista imagine
 similitudo beatissimæ Trinitatis emanat, q̄ sunt
 tres vires superiores, q̄bus Deũ cognoscit atque
 diligit, memoria videlicet, intellectus atq; volũ-
 tas, quæ sunt sup̄ma pars animæ, & in hominis
 capite existunt, vt ipsi summo bono iugiter ad-
 hæreant & vnian̄. Et hic anima spiritus appel-
 latur, eo q̄ vires superiores cū Dei spiritu sem-
 per vnitæ esse deberēt. Iam vero sequuntur tres
 vires inferiores, q̄bus placere & displicere Deo
 potest, super quas & vigilare nos diligenter o-
 portet, & orare ne incidamus in tentationē. Con-
 cupiscibilis est sub memoria, rationalis sub in-
 tellectu, & irascibilis sub voluntate. Præter has
 supradictas vires insunt animæ septem affectio-
 nes siue motus, videlicet spes, amor et gaudium,
 sub vi concupiscibili. Conscientia & pudor sub
 rationali. Timor, odium & tristitia sub irascibi-
 li. Et supradictæ tres vires inferiores cū septem
 affectionibus siue motibus in ipso corde consi-
 stunt, & in earũ medio conscientia posita est, quæ
 semper excipit illã desuper influentē lucem, qua
 ratio est circũfusa, & per hanc omnes vires suas
 inferiores ipsa corrigit. Et hic anima istud ipsum
 nomen, videlicet anima sortit̄, eo q̄ vitã corpori
 ministrat, ipsumq; regit secundũ oēs rationabi-
 les institutiones & virtutes morales. Et secundũ
 q̄ vires superiores in Deo conseruant, et ipsi ma-
 nēt vnitæ, secundũ hoc q̄q; vires inferiores (vbi
 anima, prout dictũ est, ipsum anime vocabulum
 sortitur) gratiarum charismatibus atque diuitijs
 dotantur. Quia vero Deus simplici quodã mo-
 do habitat in simplici animæ essentia, ideo sem-
 per

per dilabit ac profluit cum larga quadam & copiosa gratia in ipsas animæ vires, & operatur in eis secundū suam Trinitatem. Pater quidem in memoria faciens eam tranquillā & simplicem, trahitq; concupiscibilem et spem, amorem atq; gaudium ad se solū facit esse erecta. Filius vero Dei qui est æterna veritas, quiq; habitat in intellectu, purg atq; simplicem facit ipm intellectū, vt Deum valeat mundis oculis intueri, & illuminat atq; instruit rationem, mūdāt & purgat conscientia, & corrigit ac reprehendit omnia inferiora. Postremo spiritus sanctus riuus ille mellifluus, qui suam in voluntate sedem habere dignatur, ipsam voluntatem vnit sibi in vinculo amoris, & vim irascibilem cōfortat ad assequendum cunctas virtutes, & replet eam diuino timore, quatenus semper odio habeat, & recedat ab omni malo, facitq; eam dolere & erubescere de malis antea perpetratis, & amplectitur hominem per gratiam, cunctaq; eius opera dirigit ac moderatur. Sic sic nimirum Deus homine introuerso vtitur. Et ideo solerter omni tempore obseruare debemus fundum istum, & esse introuersi in præsentiam Dei, firmiter credendo Deum semper esse in intimo animæ nostræ, atque intueri, qualiter ad eius imaginem facti sumus, & quid sint vires animæ, quales eas esse oporteat, qualiter eis abusi simus, & tam innumeris defectibus onerauerimus, sed & perspicere atque aduertere fundum nostrum, vndenam vitia nostra oriantur, & vbi radices eorum intra nos lateant & absconditæ sint, vt eas inde euellere, locoque earum omnia virtutum exercitia inferere valeamus,

MARGARITAE EVANG.

quatenus inde libertatē assequi possit cōscientiā
et nos vel sic tandē ad verā noticiā defectuū no-
strorū peruenire possimus, efficiamurq; solliciti
ad erigendū et reformandū vires nostras, q̄s de-
struximus atq; cōfregimus, et hoc p̄ Iesum Chri-
stū, qui est reformatio nostra, p̄ quē et in rectitu-
dine sua p̄sistere valebūt. Sicq; rite fundabimur,
vt om̄ia vitæ ac passiōis dñicæ exercitia, secun-
dū supremā perfectionem superedificare possi-
mus. Quisq; aut̄ ista ignorauerit, et hūc fundū
neglexerit, ille profecto nō valebit vnq; profice-
re, neq; in vllō virtutū exercitio perseuerare. Et
idcirco debet vnusquisq; studiosè colere agrum
cordis sui, et obseruare sollicitè vndenā moueāt,
an Deum in omnibus principaliter intendat, et
quare singula opera sua perficiat.

Quomodo Deus intra nos sit. Cap. XI.

Sciendū vero est Deū ita in nobis, et in cun-
ctis esse hoībus, quemadmodum ipse sol est
in cœlo. Quilibet enim iustus est cœlū san-
ctissimæ Trinitatis, in q̄ seipsum Deus (vt ita di-
cā) celauit: q̄ est ipse diuinus sol iustitiæ, q̄ lumi-
ne gratiæ suæ deorsum radiat (ad instar radiorū
solarium) in rationalem animā: eiusq; consciēti-
am illustrat, et cor feruidum atq; fœcundum red-
dit. Anima quoque per illos radios diuinæ gra-
tiæ pascitur atque docetur. Porro quemadmo-
dum non omni tempore sol ille materialis lu-
cet, sed impeditur quandoq; per pluias, per ne-
bulam, per tonitrua, & per obscurā noctem: et li-
cet integram semper retineat in se claritatē suā,
nō tamen in terrā diffundere potest splendore su-
um: ita prorsus circa ipsum diuinū solē iustitiæ
cōtingit, q̄ in nōo spiritu habitare, et ip̄m illumi-
nare

nare dignatur. Qui similiter licet in seipso eandem semper claritatem habeat: nostris attamen peccatis & defectibus impeditus, lumen gratiæ suæ, radiosq; suos, in animam dirigere non potest. Quando enim vis animæ concupiscibilis ad sensualitatis solatia sese extrouertens, sensuales oblectationes ac voluptates appetit, eisq; frui consentit: tunc profecto in anima pluit. Quando vero rationalis vis nimia quorumlibet externorum cura distenditur, tunc nebula in anima generatur. Quando autem ira scibilis vis turbatur, tonitrua in anima concitantur. Porro quādo hæc aliq; peccata nullis poenitentia lamentis diluuntur, quid nisi nox teterrima in anima causatur? Quod si sol iste rursus in anima lucere debeat, necesse est vt ipsa peccata sua cum dolore & contritione cognoscat, confiteatur, & pro posse emendet, omnem sensualem oblectationē, solitudinem & turbationem in se mortificet. Et tunc iterum in ea sol iustitiæ radiabit, vnde & ipsa iam clare media omnia, inter se & Deum suum existentia, cognoscat. Sicut enim ex solis materialis illustratione, etiam atomi in aere illuminato perspiciuntur, sic & huiusmodi munda anima, a diuino sole interiori illustrata, omnes defectus suos, viciosas inclinationes, & infirmitates suas agnoscit. Quū autem peccato consentit, lumen amoris diuini extra seipsam fugat, & diuinum a se influxum excludit. Insuper ex essentia diuina lux quædam siue radius cōtinue in anima lucet, synderesis appellata: quæ remorsum in conscientia causat, quæ & in omnibus hominibus existit. Porro per culpæ perpetrationem anima tantam cæcitatem & amaritudinē incur-

B v rit, vt

MARGARITAE EVANG.

rit, vt præcipuam felicitatem suam minime cognoscat, & in seipsa manere tædium sibi fiat: ideoq; foris in rebus sensibilibus & externis per quinque sensus solatium quærit: & sic de vna cecitate in aliam profundius ruit. Est autem spiritus noster (in quo, vt dixi, sol iste diuinus semper commoratur) ipsa simplex & nuda essentia animæ. Et sicut Deus secundum diuinitatem suam simplex essentia nominatur, quæ nulli præterquam sibi soli cognita est, eodẽ modo habet etiam anima intra se vim quandam diuinam, quæ est omnium aliarum virium centrũ, quam nemo perfecte intelligit. Et quemadmodum Deus non est omne id, quod de ipso dici potest, ita & hæc vis, quæ nomine quoque caret, nihil est eorum, quæ vllò doctrinæ genere explicari possunt. Et per istam vim anima Deo simillima existit. Est nanque imago Dei in anima, continens in se tres vires, memoriam scilicet, intellectum & voluntatem, per quas anima habet in sese similitudinem Dei, ipsaque beatissima Trinitas, quæ est & erit vsque in æuum vnus inseparabilis Deus, vniuit atque (vt ita dicam) celauit semetipsam in his tribus viribus. Et quidem Deus pater sese celauit, cum sapientia & bonitate in memoria, quatenus in Deo per bonas cogitationes quiesceret. Quum autẽ constet animam sine diuino adiutorio nec vnã posse bonã cogitationem habere, ideo se in seipsam conuertere debet, hoc vel simili modo dicendo: Obsecro te cœlestis pater domine Deus meus, adiuua me per sapientiam filij tui, perque eius sanctissima merita, & per amorem sancti spiritus tui, ex quo in memoria mea esse dignaris, vt ni
hil

LIBER I.

nihil vnquam cogitare vel desiderare presumam,
 nisi quod tuæ beneplacitum est voluntati. Por-
 ro Deus filius, per potentiam suam in intelle-
 ctu sese celauit, vt per ipsum anima Deum co-
 gnosceret. Quia vero puritas intellectus nostri
 in tantū nūc obscurata est, vt anima Deum su-
 um contēplari non possit, idcirco ad alterā in dei-
 tate personā cōuertere se debet, hoc pacto dicen-
 do: O fili æterni Dei, qui meum inhabitas intel-
 lectum, obsecro te per potentiam patris tui, &
 per amorem sancti spiritus tui adiuua me vt ni-
 hil vnquam cognoscam & intelligā, nisi quod
 tu volueris. Postremo Deus spiritus sanctus in
 libera voluntate celauit semetipsum, quatenus
 Deum amaret, & cum ipso in vno amore & ea-
 dem voluntate foret vnita. Sed quia prohi do-
 lor voluntas & amor animæ modo tam defe-
 ctuosi existunt, introrsum anima sese cōuertere
 debet ad spiritum sanctum, qui tertia est in dei-
 tate persona, sic orando: O spiritus sancte Deus,
 qui in mea libera voluntate esse dignaris, oro te
 adiuua me per potentiam patris, & per sapien-
 tiam filij eius, cum sis amborum spiritus, vt ni-
 hil vnquam loquar, agam, dimittam aut pati-
 ar, nisi quod tu velis. Et quia tres istæ personæ
 indiuisæ sunt, & inseparabiles, ideo pro vno
 vero Deo eas semper adorare debemus, & abs-
 que curiosa perscrutatione in ipsum simplici-
 ter credere, dicendo sic intime ac deuote ad De-
 um: O pater, o fili, o spiritus sancte, qui in
 Trinitate personarum vnus es Deus, obsecro
 te digneris me tecum vnire, adeo vt me nihil
 vnquam ab amore tuo valeat separare. Deniq;
 quamuis omnipotens Deus in nobis ita semeti-
 ipsum

MARGARITAE EVANG.

psum celauit, nequaquam tamen aliquid in nobis nisi per sanctissimā humanitatem suā vult operari. Per Adam siquidem progenitorem nostrum iam olim lapsi fuimus & eramus filij irę, diuina fruitione priuati. Sed per nouum Adam, qui Iesus, id est, saluator dicitur, reparati sumus.

Primo, quid sint, & vbi sint in nobis animę vires. Cap. XII.

Sciendum est itaq; animam sex habere vires, & affectiones septem. Pręter has ornata est quinque sensibus, & eius substātia est esse, viuere, sentire & intelligere. Opus vero, ad quod condita est, ipsum est Deum cognoscere, amare atque illo frui. Porro vires superiores in hominis capite sitę sunt. Intellectus quidem in eius anteriori parte existit, eique seruiunt oculi, & in hac vi intellectiua Dei sapientia est & operatur. Memoria vero in occipite est, in cerebro videlicet, & vtitur ministerio aurium, estque in ea, & operatur potentia Dei. Voluntas denique in superiori vertice capitis existit, cui reliqui sensus inserviunt, videlicet gustus, tactus & odoratus, estq; in ea bonitas Dei. Inferiores autem animę vires sunt in corde hominis. Ipsam quidem dexteram partem cordis vis concupiscibilis occupat, habens sibi subiectas tres affectiones, quę ad ipsam sunt inclinatę, videlicet, spę, amorem & gaudium. Sinistram vero partem cordis occupat vis irascibilis, quę similiter habet sub se tres affectiones ei sese applicantes, videlicet, odium, timorem & tristitiam. Postremo vis rationalis in medio cordis sita est, habens intra se scintillam animę, quę synderesis appellatur, quę

LIBER I.

quæ semper omni malo repugnat, eique pudor
subiicitur.

Secundo, cur hæ vires animæ collatæ
sint. Cap. XIII.

EST autem memoria ob hoc animæ colla-
ta, quatenus in Deo per bonas cogitatio-
nes quiesceret. Intellectus vero, quatenus
Deum cognosceret, & in spiritu supra seipsam
se leuaret. Voluntas autem, vt Deum amaret et
peccata fugeret, essetq; cum Deo vnus spiritus,
& nihil vellet, nisi quod eius esset consonū vo-
luntati. Vim concupiscibilem sortita est, vt in
cunctis Dei gloriam, & super omnia summum
bonum appeteret. Rationalē, vt per eam discer-
neret inter bonum & malum, spretoq; malo, bo-
num duntaxat eligeret, vim irascibilem, vt for-
titer omni malo resisteret. Præter has iam dictas
vires, datæ sunt animæ tres naturales inclinatio-
nes, amor videlicet, vt summum bonum dilige-
ret: spes, vt in summo bono speraret: gaudium,
vt in bono perenni gauderet. Hasque tres affe-
ctiones ad hoc accepit, vt per eas virtutum ex-
ercitijs incumberet, quemadmodum istæ subse-
quentes ob hoc ei collatæ sunt, vt per eas malo
resisteret: verbi gratia, timor, vt Deum reuerere-
tur: tristitia, vt solummodo ob Dei contemptum
& sua peccata doleret: odium, vt malum odiret
& auersaretur. Insuper datus est ei naturalis pu-
dor, vt peccata perpetrare erubesceret, et nequā
quam benè agere Deoq; seruire verēcudaretur.

Tertio, in quæ mala vires ipsæ corruer-

sint. Cap. XIII.

Sed

MARGARITAE EVANG.

SED iam pro dolor oēs hę vires & affecti-
 ones animę a prima sua dignitate per Adę
 inobedienciã exciderũt. Memoria siquidem
 in & per multas est inutiles cogitationes disper-
 sa. Intellectus extrouersus est & aberrat a cogni-
 tione Dei. Nobilissima hominis libera volũtas
 peruersa atq; defectuosa nimis effecta est, vitio
 rũq; laqueis irretita. Et certe istę præcipue sunt
 animę vires, quibus creatorẽ suum cogitare, co-
 gnoscere, frui & amare, atq; cum ipso vniri de-
 buisset. Videamus modo qualiter & ipsę vires
 inferiores sub vitijs oppressę & subuersę iaceãt.
 Ipsa profecto vis concupiscibilis tribus est vitijs
 capitalibus obsessa, videlicet auaritia, gula &
 luxuria. Irascibilis similiter obsessa est ira, odio
 atq; inuidia. Rationalem vero superbia obsi-
 det, quę nimirum superbia, quicquid alię vires
 delinquent, per rationem defendere conatur. Sic
 pro dolor oēs animę vires corruptę, & oēs e-
 ius affectiones ad malum sunt procliuēs & incli-
 nata. Et ob hanc causam viuificãs ille riuus spi-
 ritus sancti (q; scaturit ex originali fonte Dei pa-
 tris per merita filij eius domini nostri Iesu Chri-
 sti) omnino obstructus est, ita vt riuus ille a-
 quę viuę nequaquam in nos cum gratia mana-
 re possit, eo quod omnes venę, per quas mea-
 re debuisset, impeditę sint. Memoria nanque (vt
 dictum est) in inutiles est cogitationes dispersa.
 Intellectus per imagines vanas & infrugiferas
 est obfuscat. Voluntas in amore Dei infirma
 est. Vis concupiscibilis in rerum transeuntium
 concupiscentiam est effusa. Ratio apud semeti-
 ipsam est prudens & expers simplicitatis, qua-
 rens seipsam in omnibus, tam corporalibus,
 quam

LIBER I.

quam spiritualibus. Et hæc est causa, quare nō
 possit inuenire anima creatorem suum, & quare
 nō inueniatur ab ipso. Vis etiam irascibilis ve-
 hementer inflata est ira, odio atq; inuidia, & ap-
 petitu vindictæ, sapiusq; in anima grauissimas
 tempestates excitat, videlicet tonitrua litigioso-
 rum verborum, fulmina terribilis aspectus, &
 grandines detractionum, quæ omnia facit inor-
 dinata vis irascibilis, eo quod non est in loco de-
 bito collocata. Ratio similiter, quia in loco de-
 bito sita nō est, in anima curas inutiles & obscu-
 ram nebulā propriæ quæstionis inducit. Con-
 cupiscibilis quoq; turbines superbiæ & auaria-
 tiæ, et pluias malæ cōcupiscētiæ producit. Quo-
 fit, vt sol iustitiæ Deus in anima lucere non pos-
 sit. Sicut enim nebula, pluiiæ, tonitrua & tēpe-
 states naturalis solis splendorem intercipiūt, ita
 quoq; supradictæ tēpestates animæ, prohibēt ab
 ea serenā lucem diuinæ gratiæ, vt in ea neq; ope-
 rari neq; lucere possit. Veruntamen sicut sol eti-
 am si nullum de se diffundat splendorem, in ipso
 nihilo minus cœli firmamēto existit, ita prorsus
 Deus per diuinitatē suam in anima est etiā tunc,
 quando peccat. Non enim potest a se Deū expel-
 lere, quandoquidem spiritus eius viuit de viuifi-
 cante spiritu sancto. Est etenim vita spiritus ipse
 Deus, & animæ vita spiritus. Estq; Deus sem-
 per in spiritu, qui est imago Dei in anima. Sicut
 enim Deus in perpetuum erit, & nunq; esse desi-
 net, ita & spiritus in æternū erit, siue in gaudijs,
 siue in tormētis. Porro quāuis Deus in spiritu ex-
 istat, nihil tamē operatur in eo, nisi ipse se spiri-
 tus in Deum per cogitationem, cognitionem, et
 amorem cōuertat, Cumq; spiritus in Deum se se
 cen-

MARGARITAE EVANG.

conuerterit per fidem, spem et charitatem, ita ut
 delictet, ut Deum super omnia diligat, & in ipso
 speret magis, quam in omnibus creaturis, & in
 ipsum credat, utpote quod est trinus & vnus, idem
 que indiuisus Deus in vna deitate, & in vna pu-
 ra ac simplici essentia, quæ ipsi soli cognita est,
 tunc nimirum anima bene habet. Et quia Deus
 sibi soli cognitus est, ideo ipse quoque solus sei-
 ipsum perfecte diligere potest. Nos autem ad hoc
 ab ipso conditi sumus, ut eum cognoscamus,
 amemus, ipsoque fruamur. Ad quod si pertingere
 velimus, cum ipso nos vniri oportet. Si vero cum
 ipso velimus vniri, illud omnino fieri habet per
 merita sanctissimæ humanitatis suæ, quam pro
 pter nos assumpsit, per cuius omnimodam perfe-
 ctionem omnis imperfectio nostra perfici, & om-
 nes animæ vires in locum suum, in quo fue-
 rant a Deo primitus constitutæ, restitui possunt.

Quarto, in quo rursus erigi debeant ani-
 mæ vires. Cap. XV.

IAM vero si quærat aliquis, in quo reforma-
 ri, & denuo erigi debeant animæ vires, id om-
 nino fieri habet per Christum Iesum, qui est
 reformatio & redemptio nostra, per quem spiri-
 tus noster amissæ libertati restituitur, & in Deum
 eleuatur, vbi omnes vires animæ nostræ tam in-
 feriores, quam superiores, omnes quoque sensua-
 les motus in vnum colliguntur, suo pristino lo-
 co restituntur, in Deum eriguntur, & suo prin-
 cipio applicantur, ut cooperentur in actioni Dei,
 vbi quoque sensus omnes introrsum trahuntur ad
 summum bonum, quatenus semper audiant &
 videant æterna, gustent & tangant diuina, & ad
 exte-

LIBER I.

exteriora qualibet & sensibilia velut insensibiles, ad spiritualia vero & interna viuaces existant, utque omnia, quae exterius videre & audire contingit, in Deum trahant, prout veros decet amatores. Etenim per hoc omnis nostra conuersatio, omne agere & dimittere, cunctaque opera nostra dirigi atque perfici, & summi boni capacia fieri valebunt.

Quinto, in quo persistere debeant ac permanere. Cap. XVI.

DEnique ut in rectitudine sua persistere valeant, tria nobis sunt iugiter obseruanda. Primo introuersio continua in spiritum, & ut semper maneamus in praesentia Dei per puras cogitationes, & per claram cognitionem, & voluntatis unionem, ut videlicet vnus cum Deo spiritus effici & manere cupiamus, idque per merita humani gaudiosi spiritus sui, per quem memoria nostra libertati restituitur, intellectus illuminatur, & voluntas in amore diuino vnitur, ad prosequendum semper beneplacitum Dei voluntatem. Secundo, ut domino Deo nostro semper obediamus, & ipsi cum omnibus viribus nostris subditissimi, ipsaque vires simul omnes Deo applicatas seruemus, & hoc per merita sanctissimae ac modestissimae animae suae, per quam ratio illuminatur, vis concupiscibilis purificatur, & irascibilis, humilis atque mitis efficitur, omnes quoque affectiones, spes videlicet & timor, amor & odium, gaudium & dolor atque pudor motu diuino aguntur, & simul ad Deum vnite seruantur, per arctam quinque sensuum custodiam. Et inde conscientia in summo gaudio & exultatione constituitur, eo videlicet,
 G quod

MARGARITAE EVANG.

quod omnes vires, affectiones & sensus per Iesum Christum in debito suo loco & rectitudine conseruatur. Tertio, vt omni tempore vitam ac passionem domini nostri Iesu Christi in cordibus nostris collectam atq; impressam habeamus, ipsamq; crucifixam imaginem eiusdem domini nostri Iesu Christi ibidem erectam teneamus, in qua omnis summa totius vitæ ac passionis eius inclusa est, & vt clarum istud speculum perfectissimumque exemplar iugiter ob oculos cordis versemus, aspiciendo quidnam fuerit in Christo Iesu, quales erant omnes vires atque affectiones eius, qualiter ipse dispositus erat intus & exterius in omni conuersatione sua verbis & operibus suis, quatenus in illis eum sequi, & sic in ipsum transformari mereamur per merita sanctissimi mundissimi vulnerati corporis sui, per quod omnia membra nostra mundantur, & in Christo Iesu conseruantur. Extra istud speculum nunquam deflectere debemus, sed in eo ingiter permanere, & aspicere dissimilitudinem nostram, & quæ nobis adhuc desunt in spiritu, in anima & in corpore, in quibus nondum ipsum sequimur. Intueri etiam quomodo spiritus Christi erectus erat per quandam essentialem introversionem, in summum et maximum gaudium, etiam tunc quando grauissime patiebatur. Et qualiter eius anima ob animarum nostrarum reparationem in maximos dolores & poenas distensa fuerit. Quomodo deniq; corpus eius miserrime laceratum, & atrociter vulneratum, in cruce pēdebat in maximo cruciatu, in extrema paupertate, & desolatissima despectione, qualē nulla vnquā creatura sustinuit, quodq; ab exordio
nati

LIBER I.

tratiuitatis suæ vsq; ad illud tempus, quo in cruce moriebatur, cruce multiplici nunquam carebat. Atq; ista vicissim quilibet homo in corde suo portare debet, vt ipsum vice versa cū essentiali introuersione cum gaudio spiritu cū subiecta anima, et cum puro ac patienti corpore valeat imitari. Porro quisquis istud amplius & perseverantius exercitauerit, ille supra dicta omnia clarius in seipso deprehendet. Et certe istam de Deo & de nobis ipsis cognitionem, & quid sint animæ vires, vbi sint, cur nobis collatæ sint, in quæ mala corruerint, in quo rursus erigi, & in quo persistere debeant, de quibus iam supra dictum est, omnes necessario scire tenentur. Est enim huiusmodi cognitio, quasi quoddam fundamentum, cui omnia exercitia superædificari possunt, prout quisque se trahi senserit. Et sine isto non est spes alicuius profectus, nec vllum potest exercitium stabiliter perdurare. Hinc nanque omnes gradus & spirituales profectus virtutum oriuntur.

De quinque vtilitatibus, quas consequitur ille, qui supradicta quinque puncta studiose attendit, & sese in eis exercet. Cap. XVII.

Porro, qui supradicta vigilanter attendere, & in eis sese exercere curat, ille quinque non paruas inde vtilitates assequitur. Primo quidem, quum se modo supra dicto introuertit, aspicitq; qualiter ad Dei factus est imaginē, & quid sint animæ vires, & vbinā sitæ sint, Deū atq; sui ipsius inde cognitionē assequitur, de qua sic ait quidam; Si cognosceret homo Deum atq;

C ij sei-

MARGARITAE EVANG.

seipsum, nequaquam vel mille mortes formidaret, Et sanctus Bernardus, multi, inquit, multa sciunt, & seipsum nesciunt. Secundo, quando considerat quare ad Dei imaginem factus sit, & ad quid ei vires animæ collatæ sint, inde mox incipit erubescere, & multum humiliari, eo quod ad Deum eas adhuc nequaquam applicauit. Hinc mellifluus ille Bernardus ait: Quando nos ipsos bene consideramus, merito de nobis ipsis erubescimus. Tertio, quando perpendit, in quo eas destruxerit, & in quo abusus sit viribus animæ suæ, per hoc venit ad cognitionem propriæ vilitatis, & innumerabilium defectuum suorum, quibus seipsum oneravit. Videns autem domum animæ suæ plenam infirmis, claudis & cæcis, medicum accedere compellitur, & illi omnia vulnera sua detegere, qui propria nulla habet. Quarto, quando pro sui reformatione est sollicitus, ut videlicet per bona exercitia omnes vires suæ per Iesum Christum reformari, & de nouo valeant erigi, inde vigorosus oritur in omni virtute profectus. Quinto, quando gregem cogitationum, virium & omnium sensuum suorum interiorum & exteriorum ad Deum custodit, & amorosam vitam ac passionem eius iugiter in corde suo portat, inde omnis illi vitæ perfectio promanat. Ille namque in Christo Iesu manet, qui sic viuit, quemadmodum ille vixit. Porro ad hoc ut in Christo Iesu maneamus, necessaria est arcta nostri cordis observatio, quatenus vires nostras, & omnia membra nostra in Christo Iesu cōseruemus. Nullum enim vtilius exercitium esse puto, quam ut fundum nostrum ad Deum custodiamus, & in-
spi-

spirationes diuinas attendamus . Omnis nan-
 que erroris origo inde procedit , quod fundum
 cordis sui homo non obseruat , sed libere permit-
 tit vires suas rebus temporalibus occupari , &
 ipse totus inhæret creaturis , suum in eis solati-
 um quærens atque constituens , & per hoc om-
 ni gratia & inspiratione diuina priuat semeti-
 ipsum . De qua sic ait beatus Bernardus : Si vo-
 cē Dei sonare audieris in corde tuo , surge & da
 honorem Deo , & age reuerentiam spiritui san-
 cto , cunctisque dimissis exterioribus ita eum al-
 loquere : Gratus aduenisti o desiderabilissime v-
 nicum solatium cordis mei , quem toto mentis
 affectu iam olim concupiui , et totum me offero
 & resigno tuæ beneplacitæ voluntati . Et san-
 ctus Hieronymus : Omni , inquit , custodia ser-
 uia temetipsum , & perfectam tuo sponso fideli-
 tatē ostende . Proinde iugiter circa nos ipsos cum
 timore inuigilare debemus , vt non euagemur
 extra imaginem Iesu Christi , & extra semitam
 mandatorum ipsius . Ait enim sanctus Bernar-
 dus : Time quum arriserit gratia , time quum
 abierit , time quum denuo reuertetur . In veri-
 tate , inquit idem , didici , nihil æque efficax es-
 se ad gratiam promerendam , retinendam & re-
 cuperandam , quam si omni tempore inuenia-
 ris non altum sapere , sed timere . Idcirco omni-
 no conuenit sollicite nos ambulare coram Deo
 nostro , vt tanquam fructuosi palmites in vitē
 nostra permanere possimus , hoc est , in Christo
 Iesu , in quo omnes vires nostras & omnia mē-
 bra corporis nostri , cor nostrum & sensus no-
 stros conseruare debemus , idq; faciendo , & nos
 permanemus in Deo , & Christus Iesus in no-

MARGARITAE EVANG.

bis, fructiferos nos efficiens in omni virtute. Atque in hoc sita est omnis salus nostra, ut sic per Christum Iesum introduceamur, & cum ipso vnus spiritus, vna anima & vnū corpus efficiamur.

Qualiter nobis ipsis perfecte mori solique Deo viuere debeamus. Cap. XVIII.

Porro ex isto fundo nostro vel mille mortes quotidie Deo omnipotenti afferre poterimus, in eo quod propriam voluntatē, cupiditatē & intentionem funditus eradicemus et excemus, & in Deum immergamur. Sunt namque tria hæc, videlicet voluntas, cupiditas & intentio, principales radices, quibus humana vita innititur. Quæ cum in nobis funditus mortificatæ & in Deum relatae fuerint, omnia alia facile subsequuntur, moriturque homo sibi ipsi, & viuunt soli Deo, in eo, quod iam in nullo prorsus querit semetipsum. Sui ipsius namque oblitus, beneplacitissimam Dei tantummodo voluntatem obseruat, id est propter amorem suum, & viuunt secundum omne desiderium Dei, & hoc ad honorem ipsius, solumque mouetur ex intentione Dei, & hoc ad delicias eius. Circa hæc se ipsum quilibet sollicitè obseruare debet, ut nihil agat vel omittat ex inclinatione aut motu sensualitatis in cogitando, in desiderando, in videndo, in audiendo, in verbis, in operibus, in comedendo, in bibendo, in vigilando, in dormiendo, in agendo vel in omittendo, quatenus videlicet horum nihil agat ob suum commodum aut delectationem, sed solummodo pure propter Dei amorem, & ad gloriam ipsius. Et per hoc homo deificus efficitur permanetque. Quia enim semetipsum exiit, atque

LIBER I.

que sui ipsius oblitus solum Deum obseruat & ideo & ipsius vicissim a Deo cura suscipitur. Hinc etenim ait ipse Deus: Nō rapiet quisquam oues meas de manu mea. Et super hoc tria promittit. Primo, sanctuarium meum ego custodiam. Quis autem cecidit, nisi qui in seipso inuentus est, & in veritate in me non stetit? Secundo, conseruator ego sum regni mei, qui non permitto ingredi, vel saltem quiescere alienas formas in templo sancto meo. Tertio, defendam tabernaculum meum, & non appropinquabit ei vllum flagellum. Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis. Ecce ista promittit Deus his, qui seipsos obliuiscuntur, & ipsum solum in omnibus obseruant. Etenim vice versa defendit eos, pugnatque pro eis, qui se sponte ab omnibus creaturis in perfecta sui ipsorum abnegatione auertunt, quique vitam suam, & quicquid a Deo receperunt, in diuinam originem referunt, & omnes naturales inclinationes suas in acceptissimam Dei voluntatem immergunt, sibi ipsis perfecte morientes, Deoque soli viuentes, idque non tantum in rebus illicitis, verum etiam in bonis atque concessis, ipsique naturæ accommodis & necessarijs. Imo etiam in rebus supernaturalibus, spiritum & animam concernentibus, videlicet in exercitijs spiritalibus & donis Dei, in quibus homo nō suū cōmodum, vel sensibile saporē, aut consolationē internę quietis, aut vllā vtilitatē hic vel in futuro, sed Dei solūmodo gloriā pure querere debet. Porro per istā mortificationē vera vita & summum gaudiū atq; suprema libertas, perfecta quoq; pax in ipso fundo animæ inuenitur, in qua nimirum

C iij pace

MARGARITAE EVANG.

pace factus est locus Dei, habitatio & requies. Iste plane fundus est, pro quo omnia agenda sunt, in quo tam misere deficiamus, nos ipsos in omnibus quaerentes, tam in natura, quam in spiritu, quum tamen a Deo prohibitum nobis sit, & minime concessum, vlla re siue corporali, siue spiritali vti, quando in ea nos ipsos quaerimus, & acceptissimam Dei voluntatem eiusque supremum honorem negligimus. Hoc etenim faciendo, anima nostra nimis profecto abutimur eamque commaculamus, & infra limites (vt ita dicam) creatureitatis nostrae persistimus, & nequaquam deiformes efficimur, donec nos ipsos funditus abnegemus, & nosmet exeuntes in Deum transeamus, & omnes vires nostras in diuinam virtutem trāspōnamus, vt pote voluntatem spiritus, desiderium animae & intentionem cordis nostri, quatenus videlicet ista in Deo relinquamus, omnemque vitam nostram, secundū eius dūtaxat supersanctissimam voluntatem, desiderium et intentionem instituiamus. Sic namq; deiformes efficimur, & in Deo habitamus, cunctisque rebus tam corporalibus quam spiritalibus vtimur ob solius Dei amorem. Et hac ratione cūcta nobis licita sunt, nosque deifici cum Deo permanemus. O si quis ista, vel per vnum mensē, aut annum vnum rite obseruaret, ille certe Deo multas quotidie mortes offerret, quoadusque funditus mortificatus, & in Deo sepultus esset, q̄ facto multos deinceps, imensos, viuos ac coelestes fructus esset producturus. Nunc igitur o anima mea, prorsus abnega te metipsam, & auerte ab omni creatura, Deūque intra te ipsam require, q̄ te ab eterno dilexit, cogno-

cognouit atque vocauit, quique modo intra te clamat languenti amore, quatenus ipsum & tu vicissim eligere, & super omnia incomparabiliter amare, & in omnibus honorem ipsius querere satagas.

Qualiter anima dilectum suum quaerit in quatuor elementis, quem intra semetipsam inuenit. Cap. XIX.

IAm nunc igitur aduerti, o fallacissime munde, quomodo vere sit deceptio, quicquid aliquid in te esse videtur. Pulchritudo nanque tua est quasi flos agri. Diuitiae tuae similes sunt stillis roris, quae herbis virentibus inhaerent. Constantia tua similis est niui. Qui te amplectitur, reuera vmbra amplexatur. Qui te desponsat, somnium sibi desponsat. O intricatissime munde, ex quo sic se habent ea, quae in te sunt, nequaquam de caetero tecum permanere volo. Sed iam plane valefacio tibi, redire festinans & intendens in meum principium, idque per illam viam qua veni. Discutram igitur per omnia elementa, & videbo, si forte in illis ipsum inuenire potero. Dic mihi, dic obsecro solidissimum terrae elementum, vbinam putas inuenire potero meum principium? Annon est ipsum intra te? Non in me, sed in teipso, o homo illud perquire, ego vero per ipsius voluntatem te nutrio, & in me sustento. Dic ergo mihi, o terra, qualiter est ipsum in me? Ita plane quemadmodum sol est in caelo, & secundum quod ad ipsum conuersus fueris, secundum hoc quoque ipsum lucet in te, et manifestat seipsum tibi ac si nullus alius superesset praeter te, de quo curare haberet. Dic mihi quare & tu o aer, quem mira

MARGARITAE EVANG.

bilibus video pulcherrime decoratum planetis,
 est ne intra te principium meum? Non est, imo
 prorsus intra te est, si ergo sapis, quare ipsum in
 tra te, ibi illud inuenies existens eo modo, quo
 sol est in me, & sicut solis lumen per nebulam,
 per pluias, per tonitrua, & per grandines in-
 tercipitur in me, ita & tu quoque per peccata tua
 impedis lumen gratiae suae, ut non possit lu-
 cere in se, ipsum nihilo minus secundum diuini-
 tatem suam est intra te. Nunc igitur vel tu pra-
 clarum ignis elementum, indica mihi principi-
 um meum. Ipsum certe intra te est, quemadmo-
 dum scintilla in me. Et sicut ferrum quodiu in igne
 manet, ignis est, sic & tu o nobilis anima, manē-
 do in charitate, in Deo per gratiam existis. Ve-
 nio nunc ad te, o fluida maris vnda, quae intum-
 mescendo per voluntatem creatoris tui populū
 domini siccis pedibus per te transire fuisisti, cum
 eosque illius aduersarios fluctibus tuis inuolu-
 isti, duc me obsecro in meum principium. Nun-
 quid non inueniam ipsum intra te? Minime, sed
 in te est o homo, & tu vicissim es in illo, eo vide-
 licet modo quo riuli in me sunt. Et sicut illi ag-
 geribus impediuntur, ut in me fluere non possint,
 ita & tu per peccata tua impedis, quo minus
 in principium remeare queas, fugias ergo pecca-
 tum, & queras ipsum intra te. Denique si pote-
 stis, oro dicite mihi, o caelum & terra, & qua-
 cunque estis in eis, ubi inueniam eum, quem dili-
 git anima mea? Ibi plane inuenies eum o homo,
 ubi omnes reliqueris instabiles creaturas. Ergo
 in perpetuum & semper valete creaturae omnes.
 Credo iam & confido intra me esse eum, quem fru-
 stra quaesui in vobis. Modo inueni eum, nec unquam
 dimit-

LIBER I.

dimittam, sed introducam eū in domum memoriae meae, introducam eum in cubiculū quietis, & in lectulum pacis, in quo simul cum ipso dormiam & requiescam. Ibi abscondet me in tabernaculo suo, hoc est, in humanitate sua, & in abscondito tabernaculi sui, hoc est, in diuinitate sua. Nunc exaltabit caput meum, hoc est, animam meam, super inimicos meos, (Ipse nanque fore se promisit inimicum inimicorum meorum) et in firma petra, hoc est, in Christo fundauit me, vt non valeat vlla tentatio aduersum me praualere.

Qualiter Deus intra nos sit, & qualiter ad eius imaginem facti simus. Cap. XX.

Multi multa sciunt, & seiplos nesciunt. Alios inspiciunt & seiplos deserunt. Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad superiora ascendam, vt possim cognoscere vnde venio, aut quo vado, qui sum, vel vnde sum: & ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem Dei. Quanto namque in cognitione mei perficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio, per quae Deum recolo, conspicio & concupisco. Sunt autem haec tria, memoria, intelligentia, voluntas siue amor. Per memoriam reminiscor, per intelligentiam intueor, per voluntatem amplector. Cum Dei reminiscor, in memoria mea eū inuenio, & in ea de eo, & in eo delector, secundum quod ipse mihi donare dignatus est.

Intelligen-

MARGARITAE EVANG.

Intelligentia intueor quid sit Deus in seipso, quod in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, quid in creaturis. In seipso est incomprehensibilis, quia principium & finis: principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo quam incomprehensibilis sit Deus, quando me ipsum intelligere non possum, quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo assidue felices laetantur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat, sapienter gubernat, & benigne dispensat. In hominibus est amabilis, quia eorum Deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tanquam in templo suo, & ipsi sunt templum eius. Non dedignatur singulos, neque uniuersos. Quisquis eius meminit, eumque intelligit ac diligit, cum illo est. Diligere eum debemus, quoniam ipse prior dilexit nos, & ad imaginem & similitudinem suam nos fecit, quod nulli alii creature donare voluit. Ad imaginem enim Dei facti sumus, hoc est, ad intellectum & noticiam filii, per quem intelligimus & cognoscimus patrem, & accessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & Dei filium, quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus: quam cognationem etiam ipsa similitudo testatur, quoniam non solum ad imaginem, sed etiam ad similitudinem eius facti sumus. ¶ Oportet itaque id quod ad imaginem est, eum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Repraesentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis. Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, et ubique praesentem

LIBER I.

tem veneremur. Mens siquidem nostra, eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiusque particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, seque intelligit ac diligit, sed quia potest meminisse, intelligere ac diligere a quo facta est. Quod cum facit, sapiens ipsa fit. Nihil enim tam simile est illi summæ sapientiæ, quam mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam & voluntatem, in illa Trinitate ineffabili consistit. Consistere autem in illa non potest, nisi cum eius meminit, eamque intelligit ac diligit. Meminerit itaque Dei sui, ad cuius imaginem facta est, eumque intelligat, diligat atque colat, cum quo potest semper esse beata. Beata enim illa anima, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata anima quæ dicere potest: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cœli ei non poterit. Cur ergo nos ipsos deserimus, & in his exterioribus Deum quærimus, qui apud nos est, si nos velimus esse apud eum? Reuera nobiscum est & in nobis, sed adhuc per fidem, donec videre mereamur per speciem. No uimus, inquit Apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus nostris: Quia Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem recolo Deum creatorem, adoro redemptorem, expecto saluatorem, credo videre in omnibus creaturis, habere in meipso; & quod his omnibus ineffabiliter incundius atque beatius est, cognoscere in seipso. Patrem namque & filium cum sancto spiritu cognoscere uita est æterna, beatitudo perfecta, & summa voluptas. Oculis non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,

MARGARITÆ EVANG.

ascendit, quanta claritas, quanta suavitas, et quanta iucunditas maneat nos in illa visione, quando Deum facie ad faciem videbimus, qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeuntium, vita viventium, corona viventium.

Quomodo rationalis animam attendere de beat nobilitatem suam, & ad Deum sese conuertere. Cap. XXI.

O Anima nobilis creatura, quam a deo nobilem condidit omnipotens Deus, quancquam caro precio redemit, attende quales nobilitatem tuam, & aliena teipsam ab omnibus rebus creatis, atque studiose relinquant propriam naturam tuam, omnesque creaturas, & nude conuertas teipsam extra teipsam introrsum ad Deum per cōpensionissimam illam viam, cum firma fide, ut videlicet indubitater credas in Deū: sic enim faciet ipse cogitationes tuas fructuosas, & eas in se stabiliet. Cum solida spe, ut fortiter in domino Deo tuo confidas. Sic nempe ipse illuminabit intellectum tuum, protegens eum lumine veritatis suæ. Cum perfecta denique charitate, quatenus ei iugiter adhareas per amorem. Tunc profecto faciet ipse ut ardeat in dilectione voluntas tua, & constanter in ipso permaneat, & per hoc omnino stabilieris, & firmaberis in principio tuo, & in portu salutis æternæ. Quapropter si celeriter o homo proficere uoueris, nosse te oportet eas quæ in te sunt omnes vires atque affectiones tuas, scire etiã qualiter reformari eas & cū Deo oporteat vniri: quia in te habes imaginem atque similitudinem Dei tui, prout
clarius

LIBER I.

elarius adhuc infra patebit. Nam secundum es-
sentiam tuam simplicitatem, eius imaginem geris,
cui seipsum Deus vniuit, quatenus vnus esses
cum eo spiritus in quadam simplici, tranquilla &
quieta fruitione. Per hoc autem quod memoria, intelle-
ctus & voluntate præditus es, omnipotentis Dei
refers similitudinem, secundum quam a beatissima
Trinitate ageris & moueris. ¶ Rogare proin-
de studiose Deum & teipsum ad hoc applicare de-
bes, vt semper intimè illud esse animæ tuæ cum
diuina essentia sit vnitum, & in quadam tuip-
sius annihilatione submersum. Sic enim a Deo su-
auiter pasceris ac dotaberis, & quodam amoro-
so intractu in ipsum traheris: vires in super in De-
um iugiter esse suspensæ debent. Tunc nanque
singulariter eas illuminabit, ager atque moue-
bit, vnusque cum eo spiritus fiet. In mente denique
tua supra intellectus tui capacitatem, in diuinam
simplicitatem eleuatus esse debes. Quia vero tres
superiores animæ vires, memoria scilicet, intelle-
ctus & voluntas, (in quibus imago ac similitu-
do Dei consistit) naturalem locum suum in capi-
te obtinuerunt. Idcirco semper gerere debes a-
morosam, simplicem, humilem, maturam, ho-
nestam, & bene compositam apparentiam, tam
in facie quam in omni conuersatione tua, & sol-
licitam habere curam sensuum tuorum. Per hoc
etenim caput animæ, id est, spiritus mentis libe-
re, & absque impedimento seipsum mouebit su-
pra & extra tempus, & in diuinitatis æternita-
tem sese demittet, vbi spiritus in quandam ab-
stractionem ducitur, & optimæ parti applica-
tur atque asscuratur: a cunctis quoque rebus inferi-
oribus, & ab ipso corpore suo et anima, hoc est,
ab omni

MARGARITAE EVANG.

ab omni sensualitate corpus & animam mouer-
 te separatur, estque tunc supra omnem sensuali-
 tatem eleuatus. Porro hic loquor de tribus par-
 tibus, quæ in homine existunt, ex verbis sancto-
 rum Pauli & Augustini, & ex attestatione Dei
 in nobis. Et siquidem spiritus, qui suprema est
 pars animæ, taliter in Deo fixus, ancoratus
 & vnitus fuerit glutino diuinæ charitatis, tunc
 nimirum producit ex thesauris diuinitatis lar-
 gissima dona, quibus infima pars animæ & cor-
 pus ipsum dotantur. Est autem infima pars ani-
 mæ, tres scilicet vires inferiores, in corde sita, i-
 psique cordi & corpori vitam subministrat. Por-
 ro Deus omnipotens est in ipsa animæ imagine,
 vnde tres vires superiores suam trahunt origi-
 nem, vbi sanctissima Trinitas deorsum manat,
 cum quadam diuina virtute, siue radio in vires
 animæ inferiores, quo pascit spiritū, & animam
 atque corpus viuere facit. Habetque pars infi-
 ma septem motus, quæ affectiones siue passio-
 nes appellātur. Quarum tres, videlicet spes, amor
 & gaudium, vi concupiscibili: Pudor vero rati-
 onali. Et tres aliæ, scilicet, odium, timor & do-
 lor irascibili subiiciuntur. Et secundum istas affe-
 ctiones anima tentatur, & quocumque pars infi-
 ma sese vertit, eo vertunt & ipsæ. Quando igitur
 pars infima sequitur spiritū, Deoque obedit, tunc ani-
 ma cum omnibus inclinationibus siue affectio-
 nibus suis ad virtutes & ad omnem sanctitatem
 a Deo mouetur. Porro vis concupiscibilis in de-
 xtera parte cordis sub ipsa memoria sita est, quæ
 memoriam Deus pater inhabitat, qui & admo-
 net eam, & vim concupiscibilem trahit, eamque
 contemnere facit, quicquid est in mundo, seque-
 sur-

LIBER I.

furfum erigere ad Deum, cum integra fpe, amo-
 re & gaudio. Ratio eft in medio cordis fub intel-
 lectu, in quo Dei filius habitat, illuminās ipfum
 & rationem inftituens, quomodo erubefcere de-
 beat ob defectus fuos, & fe eo amplius humili-
 are: quomodo nihilominus verecundari non de-
 beat fequi Chriftum crucifixum. Denique vis i-
 rafcibilis in finiftra parte cordis locum obtinu-
 it fub voluntate, quam inhabitat fpiritus fan-
 ctus, qui & inflamat eam, & vim irafcibilem
 confortat ad refiftendū viriliter omni malo, & ad
 profequendum virtutes. ¶ Ita fane quālibet a-
 nimam in virtutibus proficere volentem, ordi-
 natam & difpofitā effe, viresq; fuas agnofcere
 oportet. Quifquis enim pastor bonus effe volu-
 erit, oves fuas agnofcere neceffe habet, easque
 cuftodire, ne longius aberrant, et a lupis diripi-
 antur. Congregare autem eas debet & minare
 in defertum interioris diuinæ vniōis, vbi fuauiter
 pafcent in delicijs Dei, & in pascuis æternæ viri-
 ditatis, potabūtq; de riuis fontis viuī atq; diui-
 ni. Cūq; fic anima abintra difpofita fuerit, talē
 que ad Deū introitum habuerit, tūc interioris tam
 copiofe dotabit ac nobilitabit per diuitias Dei,
 & ita confortabitur ac nutriet per eius liberalita-
 tē, vt anima corpus reddat fubditū fpirituī, &
 cor ipfum omnibus rebus tēporalibus claudi, &
 late ac amore Deo faciat adaperiri, vnde con-
 fequenter corpus tranfit quali in caftitatem, fo-
 brietatem, patientiam, omnesq; virtutes mora-
 les. Cū vero fic difpofitus fuerit homo, tūc aptus
 & idoneus efficitur, vt cū ipfo Deus valeat ope-
 rari. Quāto enim cōmodius eft instrumentū, tan-
 to libentius cum eo artifex operatur. Sic etiam
 D quo

MARGARITAE EVANG.

quo anima nostra melius est disposita, magisq̄ parata ad sui introversionem, & polita super lapidem Christum Iesum ab omni rubigine peccatorum, eo gratius est Deo simul cū ipsa operari. Nō em̄ potest Deus operari salutē nostrā sine addito merito laboris nostri, neq̄ nos saluari possumus absq̄ gratia ipsius: sicut nec artifex operari potest sine instrumento, neq̄ instrumentū sine artifice. ¶ Non tamen istud ita velim intelligi, quo modo hoc tradunt & docent insani & obcecati Lutheranae sectae hæretici, qui sacram scripturam trahunt et peruertunt ad suā carnalem & a fininum intellectum, dicētes nos haudquaquam habere liberū arbitrium, q̄d̄q̄ nihil aliud simus, q̄ serra quædam, quæ ad parietem suspenditur. Istud omnino detestabilis & execrandus est error. Sumus enim viua instrumenta Dei: serra autem vel quodlibet instrumentum neque rationem neque sensum habet, quomodo nos habemus, qui per electiuā ac liberā voluntatem nostrā, mediāte gratia Dei, & bonū agimus & malum auersamur. Attamē pro nostri humiliatiōe, scire debemus, q̄ ex nobis ipsis infirmi sumus ac instabiles, q̄d̄q̄ sine diuino adiutorio nullū omnino bonū perficere valemus: mediante vero Dei auxilio omnia possumus. Coinquinatū est etiam quicquid agimus, sed per natiuitatem, per merita, et per mortē domini nostri Iesu Christi omnia opera nostra purgantur, mundantur & sanctificantur: per quæ et nos rursus idonei facti sumus, quatenus viua Dei instrumenta esse possimus, qui in nobis Dei imaginē atq̄ similitudinē habemus: cū quibus nobilissimus ille artifex Deus, beatissima videlicet Trinitas, opari dignatur.

Quæ

LIBER I.

Quæ etiã adeo firmiter se cum spiritu nostro vniunt, vt vnionẽ hanc etiã infernus ipse delere nõ possit, manebitq; integra et indiuisa vsq; in sempiternũ. Quod nimis significabat tunica illa in cõsulitilis dñi nostri Iesu Christi, quã non partiebantur, sed mittebãt sortem super eã. Hoc etem est, qd illa æterna & firmissima vnio, per quam se Deus vniuit in imagine animæ nostræ, nullã vnq; admittet separationem aut diuisionem, sed super eam fors mittetur, ita vt fors cadat vel ad æterna gaudia, vel ad sempiterna tormenta. Porro si hic per amarissimã passionem ipsius ita idonei facti fuerimus, vt esse possimus eius æterna instrumẽta, tunc simul cum ipso, & cũ omnibus sanctis ad perennia gaudia perueniemus. Si quis aut in isto seculo suas oblectationes, & naturam suam sequi voluerit, parui pẽdens æterna bona, et nobilissimum creatorem animæ suæ, ille erit instrumentum inimici, & æternum incẽdium in ferni: quique creatus fuerat ad perpetua feliciter gaudia contẽplanda, e contrario contemplari coget æterna tormẽta. Interim paratus est omnipotẽs Deus adiuuare omnes qui gratiã ipsius desiderant, adeo vt quisquis in adiutorium suum ad se digitum extendi postulauerit, totã ei libentissime manum porrigere sit voluntarius, eoq; nihil magis optet, quam nobis iugiter opem ferre, si modo nos ipsi velimus.

Quõ sol diuinus oẽs sibi vires animæ attrahat, & cœlesti lumine plustret. Ca. XXII.

QUID igitur restat, nisi vt introuertamus nos ipsos ad eum qui nos confortat, instruit atque regit, cum tota nostræ memoriæ
D ij viuaci-

MARGARITAE EVANG.

viuacitate, intellectus subtilitate, & voluntatis
 promptitudine, cum extensis viribus & cordi-
 bus erectis? Tunc profecto in nobis oriri faciet
 piissimus Deus solem iustitiæ, qui lumen suum
 diffundet super omnes montes & colles, vsq; in
 vallem conscientia nostræ, eâq; purgabit, mun-
 dabit & fecundam faciet, & mentem ipsam in
 Deum sustollit, omnesq; vires animæ illumina-
 bit: ipsam quoq; animam agnoscere faciet, quô
 inter tempus & æternitatem posita sit, & quali-
 ter in ea pelagus abyssale diuinitatis existat, ille
 videlicet fons originalis, cuius ipsa riuus est,
 habes essentiam suam, vitâ & pabulum in bea-
 ta æternitate: idq; secundum optimâ sui partem,
 & essentiæ simplicitatem. ¶ Porro, secundum
 infimâ sui partem in tēpore, & corruptibili cor-
 pore, qd esse et viuere, cum bestijs commune ha-
 bet, existit. Et quemadmodum bestia sensu quo-
 dam communi perspiciūt campum & arbores,
 & suum sibi victum quærunt, cumq; eis libue-
 rit, dormiunt: eodem modo se habet bestialis ho-
 mo noster, quando nos ipsos in virtutibus exerci-
 tare negligimus. Habemus nancq; etiam nos tūc
 sensum cōmunem, videlicet q; cum quodam va-
 go & incustodito visu multa simul in nostro sen-
 su suscipimus & habemus, non quidem in illis
 quinq; sensibus, sed in illo cōmuni sensu, quem
 cum bestijs habemus, qui locum suum in capite
 supra oculos habet: qui nimirum adducit in ho-
 minem cogitationes sine intellectu, paritq; me-
 lancholias & imaginationes in capite, vnde tunc
 oriuntur phantasiæ, & nebulosæ insaniæ, & cir-
 cūdat veluti nube quadâ tenebrosa cogitationes
 hominis, impeditq; mentē in ascensu suo, & vi-
 tet

LIBER I.

res deprimit, sensus quæ & totâ naturam, atque sanguinem hominis grauat, & cor in omni virtutum exercitio instabile reddit, hominemque distrahit ad exteriora: vnde tunc homo somnolentus & piger efficit, atque seipsum & solatium suum quærens in somno, in cibo & potu, in leuitatibus, in auaritia, in immunditia, in inobedientia, & in cunctis noxijs defectuositatibus ac vitijs, ad quæ bestialis homo noster inclinatur. Ista quippe vitia profunde nimis in fundo nature nostræ iacent, & radices suas in corde miserunt, sepiusque irreciunt & commouent inferiorem animæ partem. Ita prohi dolor inuoluta est anima nostra in luto vitiorum nostrorû, cunctisque virtutibus priuata, & tenebris est immersa. ¶ Et iste primus est error, quo homines maxime illaqueantur, natura videlicet indomita & immortificata, sub qua comprehenduntur omnes illi qui secundum voluptates corporis & sensuum suorum viuunt. Externi etenim sunt, & secundum carnem ambulant: cæci quoque sunt, & inobedientes veritati ac motui spiritus sancti. Et certe inde vel in perpetuum perire poterimus, si non sensus nostros ab huiusmodi noxijs excessibus retrahamus, eosque freno diuini timoris constringi patiamur. Ne igitur anima nostra præcipua felicitate priuet, ipsa bestialis ac sensualis natura mortificanda est, nosque ipsos extra tempus in æternitatem transferre debemus, vbi Deus est in profundissimo fundo animæ nostræ, semper nos adiuuare paratus, quatenus vitia suppressere & extirpare, & virtutes secundum spiritum operari possimus. Ipse nanque in ipso animæ fundo præsens, eum iugiter pascit quodam vigoroso in-

D iij tractu,

MARGARITAE EVANG.

tractu, vt videlicet se demittat anima, & immergat in diuinā vnionē, vtpote ad hoc naturaliter facta, vt seipsam in pelagus diuinitatis immergat, quemadmodū lapis naturaliter in aqua submergitur. Ex qua immersione sui ipsius & omnium obliuiscitur, & æterna duntaxat rememoretur. ¶ Et hæc maxima est delectatio, quod videlicet anima Deo suo cum deifica meditatione adheret: inde siquidem diuina cognitio oritur, quæ animam exhilarat, & eam in amore ardere & consumi facit. Porro in isto fundo tam nobilis est anima, vt nullo valeat certo nomine appellari: estque hic vnum (si dicere fas est) per gratiam cum essentia diuina. Quinetiam ex hoc fundo prouenit omnis beatitudo & sanctitas: quia Deum anima habet intra se, & ipsa est in Deo, a quibus omnes sancti suam acceperunt sanctitatem. Hic fons diuinitatis, qui in anima existit, deriuatur ad eam replendam & foecundandam gratia sua, & vt faciat largis charismatibus suis totum animæ regnum inundare, quatenus eam quasi fluxum & refluxum quendam retrahere valeat in mare diuinitatis suæ, facitque in ea seaturire riuum quendam sitientissimū amoris, per quē ipsa emanat & effluit ad omnes creaturas, ad reducendum eas in suā originem, & in felicem portum æternitatis. ¶ Porro si hic fons vitæ iugiter in animā manare debeat, ipsam ad Deū applicari, & ei continue adherere oportet: tuncque ipsa riuus beatitudinis profluet, vnde simul & illuminatur & instruitur, quomodo debeat omni tempore sollicitè vitare peccata, & omnia mestare valeat, quibus minus ei gratiam suam infundere possit.

LIBER I.

possit. Sicut enim exiguus puluisculus visum ex-
 teriorem impedit, ita & interiores animæ oculi
 leduntur etiam per minima quæq; quæ nos vel
 pro nihilo ducimus, vel bona quoq; fore persua-
 sum habemus. ¶ Insup vt fons ille in anima cō-
 seruari valeat, ponendū est in corde stabile fun-
 damentū et firma petra Christus dñs, cui deinde
 cōtinuo supædificari debet sanctissima vita &
 passio ipsius, & cōsequenter omnia eius vere per-
 fectissima exēpla et virtutes, omnia q̄q; eius do-
 cumēta & euangelia, quæ nimis fidelis animæ
 studiū esse debēt, vt se quādoq; trāsformari va-
 leat in vitā & passionē Christi. In q̄ deinceps ha-
 bitabit velut in tabernaculo, eritq; quasi lignum
 q̄d plantatū est secus decursus aquarū, q̄d fructū
 suum dabit in tēpore suo. Et tūc anima vsque in
 cœlū eleuabit, scaturietq; in ea fons diuinitatis
 qui ipsam irrigans eam virere atq; florere, & in
 cunctis virtutibus proficere faciet. Agrum insu-
 per cordis fœcundū reddet, & ipsum sole diuino
 superradiabit, quatenus in eo crescant omniū a-
 romata virtutū, quorū attractus odore cœlestis
 sponus, in hortum huiuscemodi descendere cō-
 pellitur, eo q; anima in corde suo plātauit florē
 de Nazareth, id est, Christum Iesum, ita q; vbi-
 cunq; stet vel eat, nihil iam sentiat, nihil videat,
 nihil intelligat, nisi Christū Iesum & hūc cruci-
 fixū. Quisquis aut in istis sese exercitare & occu-
 pare noluerit, in eum fons ille nequaquam mana-
 bit, sed cor eius sterile remanebit & aridum, &
 anima eius pre siccitate arefcet, eo quod derelin-
 quit venā aquarū viuentium dominū. ¶ Illa ve-
 ro anima, quæ se taliter introuertit in fundum
 Dei, & eius freta auxilio, omnia pētā et peccatorū

D iij occasi-

MARGARITAE EVANG.

occasiones deuitat, & modo supradicto Christi passionem in corde suo portat, illa (inquam) anima illuminatur & intelligit, qualiter constituta est inter tempus & aeternitatem, inter lucem & tenebras, inter mortem & vitam. Quae si tunc ad aeternitatem sese conuertit, iam venit ad vitam, & lucem inhabitat inaccessibile in introitu gloriae & portae caeli. Si vero ad fluxibile tempus sese conuertit, in morte est & in iudicio, plena miseris, inuoluta tenebris & anxietatibus, & clausis oculis ambulat vsque ad portas mortis, Quod a nobis auertat omnipotens Deus, Amen.

Qualiter anima ornatur ad Deum conuersa, & quomodo à creaturis inquinatur.

Cap. XXIII.

SI igitur nunc, o anima mea, in virtutibus proficere desideras, attende diligenter ea, quae iam dicta sunt, & discas nosse teipsam, quatenus cum Deo vniri possis in spiritu & anima, in vno amore, in vno desiderio & eadem intentione. Nam secundum supremam tui partem, videlicet secundum spiritum, tota pulchra es, diues & nobilis propter Dei tecum vniouem, & propter eius in te inhabitationem, & ob similitudinem, quam habes, sanctissimae Trinitatis, per quam es filia patris, filij soror, & sponsa spiritus sancti, incolata caeli & haeres beatissimae Trinitatis. Quod si hic vitam tuam non bene composueris, neque operam dederis ut in Deo habitare possis, nihil tibi prodesse poterit, quod intra te Deus habitare dignatur, quod te tam nobilem condidit, tam excellenter ornauit. Ista (inquam) omnia nullam omnino tibi felicitatem adferent, si te in Deo non exercitaueris,

LIBER I.

citaueris, & eius inspirationibus & admonitionibus, praesentiaque ipsius cum condigna deuotione obediens & subdita non fueris. ¶ Porro, secundum inferiorem tui partem, i. secundum animam, quae coniuncta est corpori, plena es calamitatibus & miseris. Si enim te ipsam amare quæris in hac vita, iam sane infirma es, & prona ad omne malum, cunctis vacua virtutibus, & in omnibus viribus tuis contracta & ignobilicata. ¶ Etenim memoria tua a rebus æternis deuiat & aberrat, & tamen nihilo minus misericordisimus ille pater cœlestis manet in ea, & manebit in æternum, tolerans benigne noxias euagationes tuas, quum sint adeo vitiosæ & abominabiles cogitationes tuæ, tamque multipliciter in temporalia dispersæ. Quantumcumque vero ipse te admoneat, & trahat ad bonum, semper ei inobediens es atque rebellis, nec ei cooperari sagis, cogitationesque recolligere & ipsi applicare. Et propter hoc miserabiliter in hora exitus tui confunderis, cum iam omnia manifesta fient. ¶ Sed et per intellectum tuum in huius seculi infelicissimam cæcitatem es extrouersa, per quam ipse intellectus obfuscat & alienus est, imaginibus depictus, ita ut per propriam imaginem ad id pertingere nequeas, in quo veritatē ipsam & tuam ipsius felicitatem perdiscere, & in lumine gratiæ suæ habitare, Dei quoque & tuipsum notitiam obtinere debuisses. Sed misera foris remanes inuoluta tenebris peccatorum. Quo tamen non attento æterna veritas, æternus sempiterni Dei filius in tuo intellectu permanet, manebitque in eo usque in sempiternum, nec unquam cessat arguere & admonere, grauatam conscientiam

D v tuam

MARGARITAE EVANG.

tuam illuminans, atq; docens eam a malo recedere, & sanctissimæ vitæ passioni q; suæ vestigijs inhærere. Quod si obruraueris aures tuas, & oculi tui in sua cecitate permanserint, ipsiq; obtemperare nolueris, districtum aliquãdo eum experieris iudicē, et seuerum inquisitorem, tantoq; erit grauius et intolerabilius iudicium tuū, quanto tibi maior est prærogata misericordia, & tūc de minima cogitatione, verbo & opere, & de quolibet temporis momento rationem reddere cogeris. ¶ Deniq; voluntas tua priuato amore tuipsum capta atque constricta, creaturarum oblectationibus inhæret, tuq; ipsa priuatum commodum tuum & gloriam & creaturarum fauorem requiris, quæ nimirum causa est, quod in te sentire non vales diuini amoris dulcedinē. Quia enim priuato amore capta es, nihil in te diuinus amor operari potest. Admonet ergo te per prophetam suum dominus, dicēs: Solue vincula collis tui, id est, propriam voluntatē tuam, captiua filia Sion. Et quãuis nimium ingrata sis fidelissimo dño Deo tuo, ipse nihilo minus in voluntate tua spiritus sanctus perseuerat, et in ea perēniter manebit, nunq; cessans dulci quadã cōmōtione te ad hoc inuitare, vt per amorē eius vnus cum eo spiritus esse coneris. Quem eius instinctum si sequi recusaueris, ipsa mortis æternæ vinculis cōstringis, vbi ab amore eius exclusa, sempiterno teipsam odio & inuidia deuastabis. ¶ Porro, in infima tui parte vis rationalis cæca est, & de alijs iniqui & temerarij iudicij plena, sed tuipsum iudicium & diuitias illas in te cōmorantes, quæ te semper iudicant et remordēt, nihili facis ac parui pendis. Vis tua cōcupiscibilis impura est,

LIBER I.

ra est, & in ea delectationes tuas sensuales fo-
ues. In irascibili superba es & tumida. Spem tu-
am falso in rebus trāsitorijs collocasti, & in Deo
nō speras. Sed & vano timore & superfluis anxi-
etatibus de rebus istis infimis cruciaris, oblita tū
moris dñi Dei creatoris tui. Amortuus veneno
plenus est, quo fit, vt ea diligas, quæ Deus odit,
oblectamenta videlicet naturæ & creaturarum.
Odium tuum inuidia repletum est, vnde fit, vt
odio habeas ea, quæ Deus tam vehementer a-
mauit, & pro quorū salute mortē amarissimā su-
stinuit, tuam videlicet animā & proximi tui,
quē tibi amare præcepit ob amorem sui. Gaudi-
um tuū in vanissima vmbra, & somnio rerū sen-
sibilem cōstituiti, & nō prout æquū erat, in in-
uisibili, æterno, & in perpetuum mansuro gau-
dio. Tristitia tua de alterius felicitate, & rerum
temporalium amissione dolet, non aut propter
peccata, & dispendia salutis tuæ. Pudor tuus be-
ne agere, seipsum contēnere, & humiliare vere-
cundatur. Et idcirco iure optimo a Deo humili-
beris & contemneris. Ecce tot calamitatibus &
miserijs plena est anima illa, quæ seipsam nō ab-
negare, sed seruare quærit. ¶ Postremo, secundū
corpus, & exteriorem hominem, peccati decipu-
la es et instrumentum, vas plenum omni immun-
dicia, cibus vermiū, & limus terræ, peiorq; om-
ni creatura, quā cōdidit Deus. Nihil em̄ ita odi-
bile est Deo, nec quicq; sic ab ipso hoīem elōgat
quō peccata, q̄ profecto nemo cōmittit, nisi qui
naturæ suæ voluptatibus deseruit, animam su-
am retinere quærens, & in nullis sese virtutibus
exercens. ¶ Porro, qui virtutū exercitijs incum-
bit, & propriā vilitatē Deiq; bonitatē, & quid
ex se

MARGARITAE EVANG.

ex se quidque ex Deo sit, funditus agnoscere studet, is dedignatur & despicit semetipsum; totūq; se introuertit in illum nobilem fundum, in quo Deus existit, ibique seipsum funditus exire & nequaquam retinere proponit. Vult autē totus esse Dei, & eleuat interiora sua, & vires tam internas quam externas in Deum secūdum exemplum Iesu Christi. Quo facto, Deus illi iam dominari incipit, & in sua eum potestate habet, vt cum eo operari possit in supremo & infimo ipse, idque secūdum perfectissimum modum. In supremo quidē, in intimo superessentiali fundo, vbi Deus seipsum ad animam conseruat, illud superessentialiale atq; diuinū opus, per quod inimus animæ fundus deificatur. In infimo vero interiori fundo, id est, in viribus inferioribus profundissimam demissionem in altissimā abyssum humilitatis, vnde anima quasi deprimit seipsam vsq; in abyssum suæ nihilitatis, in tantum vt fundus eius humilior atq; profundior sit etiam ipso inferno. Quanto autem seipsam alius demittit, tanto plus in ea complacentiæ habet Deus, & ampliorem locum inuenit ad operandum in ea per gratiam suam, & ad erigendum in se interiora eius. Istud nanque peculiare est opus Dei, vt operetur quendam humilem & felicem descensum in anima, & fructuosum arque eleuatum ascensum in spiritu. Operatur denique secūdum perfectissimum modum, id est, ipse dirigit omnem hominis intentionem, verba & opera secūdum perfectissimum exemplar sanctissimæ humanitatis suæ. Porro q̄ nobile & fructuosum sit opus illud, quod Deus operatur in tribus hominis partibus, & qualiter eas sibi vni-

at, ne-

at, nemo plene capit neq; intelligit præter solū illum artificem Deū. ¶ Age nunc igitur, o anima mea, discce mori tibi ipse, quatenus soli Deo vivere possis. Discce mori, dum adhuc vivere licet. Fuge mortē & inquire vitam. Despice temporalia & elige æterna. Fuge tenebras, & adhære tuo lumini veritatis, quod te ab omnibus facile peccatis liberabit. Elevare a terra, & fac habitationem atque conversationem tuam in cælis. Cave diligenter, ne terram attingas, id est, ne tuæ cogitationes, amor, desideria & intentiones cum delectatione & voluptate rebus istis terrenis inhæreant, sed pro naturæ necessitate concris omnibus vti rebus ad Dei honorem. Siquidem Apostolus ait: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. i. oēs inutiles cogitationes, verba & opera, quæ non sunt secundū Deum, et glorificate & portate Christū in cordibus vestris, id est, porta semper in corde tuo, & versa iugiter ob oculos tuos interiores clarum illud vitæ Christi speculum, in quo maculas tuas deprehendere, & te ipsum iugiter contemplari possis, & secundum quod omnes vires tuas, omnia interiora tua, & interiorem exteriorēmq; hominem tuum dirigere valeas: & sic in te resurget dominus, & laudabit atq; glorificabit se ipsum.

¶ Quicquid autem interim occurrit tibi, quod non est secundum Deum, allide illud ad petram Christum, memor Evangelij Christi, quod nobis ea omnia abscindere iubet. Ait enim: Si oculus tuus, & manus tua, aut pes tuus te scandalizat, abscinde ea, id est: Si oculus videt aliquid, aut manus quicquam operatur, quod non sit secundum Deum, aut pedes vsquam diuertunt extra ve-

MARGARITAE EVANG.

tra vestigia Christi, vel quodlibet aliud mem-
brum nos a Deo alienat, occasiones huiusmodi
abscindere debemus cum omnibus illis, in qui-
bus Deū pure non quærimus nec amamus. Et
ob hoc amici Dei gladios habent ancipites ad
resecundum omne id, quod eos a Deo elōgare
possit, & quicquid nō est natū ex Deo, quatenus
summa Dei maiestas gaudium suū in eis retine-
re valeat. Amputes ergo oēs infrugiferos ramos
et alliga te ipsum per amorē ligno sanctę crucis,
& sic eris quasi fructuosa ficus, et tanq̄ vitis cre-
scens per cavernas petrę vsq; in vineā Engad-
di. i. per vulnera Christi vsq; in summā deitatē,
vbi per solē iustitię irradiaberis, fœcūdaberis at-
que in virtutib; multiplicaberis, sicut stellę cœ-
li. Tales etenim hoīes oēs in virtutibus Christo
Iesu applicātur. Deniq; ad hoc, vt nos quoq; ra-
liter agnoscere, & abnegare nos ipsos, & in Deū
fugere discamus, opem & auxilium gratiæ suę
nobis impendat pius & misericors Deus.

Quomodo in nobis quatuor nouissima
nostra per eorundē meditationē cōtinu-
am iugiter portare debem⁹. Ca. XXIII.

Sequuntur nūc exercitia quatuor, q̄ cōtinue
in nobis perseverare debent, q̄ etiam cōtra
omnia nos peccata, et aduersum omnia illa,
q̄ nos in hora mortis grauare quouis modo, &
accusare ante tribunal Christi, atq; ad infernū
deprimere, & circa gaudia æternę vitę percipi-
enda obstaculū aliqd̄ præbere possent, defende-
re queunt. Primum autē est, vt in corde memori-
am mortis. Secundū, vt in ratione Dei iudiciū,
Tertiū, vt pœnas inferni sub pudore. Quartū,
vt ceter⁹

LIBER I.

vt æternę vitę gaudia in imagine animę vestre,
 q̄ perpetuā habet vitā in diuina origine, p̄ medi-
 tationē eorundē iugiter circūferamus. ¶ Primo
 igitur in corde incessanter portare debemus me-
 moriā, & horribilē mortis imaginē, per q̄d ho-
 mini amarę efficitur, quicquid in mūdo est, facitq̄
 eū contēnere creata oīa, quę ipsum a Deo suo e-
 longāt, & solius Dei fauorē atq̄ amicitia quare-
 re, vtpote q̄ eū in illa tremenda hora solus cōso-
 lari pōt, efficitq̄ vt moriatur homo oībus natu-
 ræ suę voluptatibus, & cunctis, q̄ eū in illa ho-
 ra grauare possent. Et hoc faciēdo mortē vincit,
 & vitā inuenit æternę felicitatis. ¶ Secūdo, iustū
 Dei iudiciū semper in ratione portare debemus,
 q̄ videlicet ratio lumine rōnali diuinę veritatis
 trāsradiatur, arguens semper & accusans cōsci-
 entiam de oībus, in q̄bus nō pure diligitur Deus
 & intēditur, imo etiā de quolibet motu min-
 imo animę vel naturę hominē ad peccata per-
 trahēte. Quisquis aut̄ ista obseruat, & syncerus
 sup̄ seip̄s reprehēsor & accusator existit de omni-
 bus, de q̄bus in nouissimo iudiciū die reprehēdi
 possēt, ille profecto nō seuerę iudicem, sed mise-
 ricordissimū patrē experietur. Tales etem̄ homi-
 nes nequāq̄ iudicātur, sed ipsi etiā in extremo iu-
 dicio super alios cū Christo Iesu sententiā ferēt.
 ¶ Tertio, sub pudore terribilis ille infernus por-
 tari debet, quatenus homo inde semp̄ erubescat
 aliqd̄ tale agere, q̄d eum ad horribilē illā defor-
 mitatē demergere possēt, vtpote q̄ ad preciosissi-
 mū bonum & incōparabilē gloriā percipiendā
 creatus est. Sane reproborum hæc vel maxima
 pœna est, quod in tantā confusionē et ignominiā
 cōuersi sunt, qui tā nobiles tamq̄ decori a Deo
 cōditi

MARGARITAE EVANG.

conditi fuerunt. ¶ Quarto, gaudia aeternae vitae iugiter versare in imagine animae debemus, in qua se Deus ipse celauit, quae & habet perpetuam quandam unionem, inhaesionem & immansionem in Deo, quomodo radij solares in sole. Et haec est vita aeterna in anima, precipuumque gaudium, quod vel hic, vel in futuro percipiet. Sane quaecunque anima istud cognoscit & practicat, quod videlicet Deus se in ea celauit, & eius habitator existit, illa interdum sentit, & percipit tam larga spiritus sancti charismata, tamque latam spiritus sui dilatationem, ac si ipsa sola Deum in sua potestate haberet. Nam & ipse Deus cum omni sua beatitudine permanat eam, & seipsum offert ad habitandum in ea, videturque animae, quod quasi in medio omnium sanctorum & angelorum illis undique circumuallata existat. Interdum vero imago ista, vel suprema pars animae, sic totaliter in Deum absorbetur, quasi rebus omnibus creatis, & etiam sibipsum mortua foret, & tamen corpus uiuit, & sensibile & actuale existit, ac non est extra seipsam, sed cum omnibus uiribus collecta recessit, atque conclusa est in spiritu animae, qui est aula sanctissimae Trinitatis, ubi tunc in quandam informem nuditatem & diuinam libertatem eleuatur, largeturque diuina essentia perfluitur, & diuinitatis claritate irradiatur, quemadmodum sol radijs suis perfluit & illuminat aerem istum. Sic nimirum facit Deus omnibus amorosis spiritibus, qui ista exercitant, quorum conuersatio in caelis est, qui in Deo sunt immerfi & Deus in eis, inter quos ambo nullum omnino medium est praeterquam tempus mortalitatis huius. Qui cum dissonantur,

LIBER I.

etur, prorsus felicissima felicitate perfruuntur. Istud merito cœlum dici potest, quod in interiori homine, in ipsa scilicet superessentialitate exercetur. Iudicium vero Dei & discretio virtutum in hominis ratione, & infernus, qui est sempiterna pœna, & absorptio peccati sub conscientia, mors autem & naturæ interitus in sensuali & bestiali homine nostro exercentur. ¶ Denique quisquis istis quatuor clypeis bene munitus est, ille ab omnibus vitijs & iniquitatibus defenditur, idque per merita domini nostri Iesu Christi, qui nos per merita gaudiosi spiritus sui istud intimum cœlum sentire facit, & per merita dolorosæ animæ suæ animam nostram rationali lumine transradiat, per quod conscientia mundatur & arguitur de omnibus, quæ infernus absorbere posset, perque merita sancti ac vulnerati corporis sui, quicquid sibi displicet in nobis, mortificare desiderat, quatenus in nobis ipse solus vivere possit.

Pulcherrimæ quædam informationes de tribus virtutibus theologicis, videlicet fide, spe & charitate, & primo de quaduplici fide, quam intra nos habere debemus. Cap. XXV.

ANte omnia semper in cordibus nostris viam fidē, quæ per charitatē operatur, habere debemus. Est etenim ista fides oleū illud, quod in nostris lāpadibus, i. in nostris cordibus habere nos oportet. Primo igitur credere debemus nos ab æterno idealiter in Deo fuisse. Ipse namque dicit, in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserās. ¶ Secundo, quod Deus intra nos

Est.

MARGARITAE EVANG.

est. Cum enim crearet nos, ad imaginem & similitudinē suam nos fecit. Et hæc imago Deum essentialiter habet in se, & Deus est in ipsa essentia animæ, & vicinius adest ei, quam ipsa sibi ipsi. Hæc imago principium suum non quærit, quia habet ipsum intra se. Pater nanque in anima est omnipotens, filius omnisciens, spiritus sanctus omniamās: & hi tres sunt vna dulcis, amorosa, diuina essentia. Dicitur autē imago ista secundum tres vires superiores spiritus vel caput animæ. Sicut enim ex humano capite derivatur viua quædam virtus in omnia membra: ita ex hac imagine promanat diuina quædam viuacitas in animā. Porro, anima & spiritus vnum sunt, quemadmodum caput & corpus vnum sunt. Sed tres vires superiores, per quas beatissimæ Trinitati similes sumus, naturale esse suum in capite habēt. Deniq; ad hoc creata est anima, vt ista cognosceret & immergeretur in puteum abyssalis fontis illius infinitæ essentiæ Dei. Nihil enim vtilius est aut salubrius, quam ambulare in humili & amorosa cognitione sanctissimæ Trinitatis. ¶ Habet autem quæuis creatura dona sua collata sibi, diuinæ vero diuinitatis ipsa pro munere data est. Cui cū ipsa, sicut & debet, innititur, auxiliū ei præstat spiritus sanctus, purgat fundū eius & aperit oculos illius, ita vt propter quid facta sint omnia, in diuinitate cernere possit. Ipse quoq; filius subsidium ei præbet cum illa vnione, in qua vnū est cum patre suo, dicitq; Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedi sti mihi, vt sint vnū, sicut & nos. Pater etiam in auxiliū eius properat cū diuino lumine, trahitq; eam in diuinitatem suam, vbi tunc increatus Deus

LIBER I.

Deus creatureitatē assumit per amoris vnionē. Quod cum animæ contingit, Deus omnes vires eius largissime replet, & translucet omnia ossa atq; medullas eius, ducitq; eam mira quadam transformatione & extasi in illam vnionem, in qua ipsemet verus Deus est. Beati sunt prorsus omnes illi, qui per has secretas semitas ingrediuntur. Dei etenim amici sunt. ¶ Tertio, omnimodam verbis Dei fidem adhibere debemus, q; videlicet ipse Deus Moyfi præcepta dedit in tabulis lapideis, quodque ex nimia charitate vnigenitum filium suū nobis donauit conceptum de spiritu sancto, natum ex Maria virgine, qui nos per seipsum præcepta sua edocuit, & bene viuendi in seipso exempla dereliquit, & omnia, q; in terris fecit, quodq; passus est sub Pōtio Pilato, mortuus & sepultus, quodq; tertia die resurrexit a mortuis, sedetq; ad dexteram patris sui. Denique & omnia alia, quæ sancta credit, & confitetur Dei sponsa ecclesia catholica. ¶ Quarto, indubitanter credere debemus, ipsum Deū & hominē esse in venerabili sacramēto, & quoties sacerdos missam celebrat, & verba consecrationis protulit, Deum ipsum illic veraciter adesse, & contineri sub specie panis, cum glorificato corpore, & sanctissima anima, & gaudio suo, cūq; tota diuinitate sua in tāta pulchritudine, in quāta ad cœlos ascendit. Et eodē modo credendū est, ipsum esse veraciter & perfecte in calice, ita viuū, quomodo erat, quādo seipsum in sepulchro viuificauit, talisq; manet in altari nocte ac die paratus venire ad nos omni hora, quoties hoc desideramus, vel quando agrotat, esurit aut prægrauata est anima nostra. ¶ Porro.

E ij quam-

MARGARITAE EVANG.

quamuis credamus nos ab eterno in Deo increa-
 tos fuisse, Deūq; in nobis existere, verbisq; Dei
 fidem adhibeamus, quodq; sit in venerabili sa-
 cramēto, firma fide teneamus, nō tamen hoc suf-
 ficat, neque saluare nos potest, nisi fides accenda-
 tur, & illuminetur igne diuini amoris, ita vt pro-
 pter amorem suum ab omni nos creatura auer-
 tamus, mentemque eleuatam, & continuum re-
 spectum ad principium nostrum habeamus. A-
 mor nanque operatur mortificationem naturæ,
 vitam spiritus, auersionem ab omni creatura, &
 influxum in Deum. ¶ Et licet sciamus atq; cre-
 damus esse Deum intra nos, non tamē hoc satis
 est, nisi per amorem refluamus in ipsum, & pro-
 iiciamus spiritum nostrū in diuinam essentiam,
 faciamusque habitationem nostram in spiritu,
 & conuersationē nostram in intimo cœlo, vbi
 Deus seipsum manifestat, illuminās oēs, qui ad
 ipsum conuertuntur. Ibi nanq; lucet speculū san-
 ctissimæ Trinitatis, & interiores tenebras no-
 stras illustrat. Ibi spiritus Dei testimonium red-
 dit spiritui nostro, quod filij Dei sumus, hoc est,
 spiritui nostro per internas inspirationes sua se-
 creta mysteria reuelat, docetq; eum internas &
 occultas semitas suas. Et per vnionem & immo-
 bilem mentem transradiat diuina claritate sua,
 spiritum, animam & corpus, & inibi tunc am-
 bulamus sicut filij Dei. ¶ Nec sufficit etiā ver-
 bis Dei fidē adhibere, nisi ex amore verba Dei
 colligamus, & per fidem viam scribamus ea
 in tabulis cordis nostri carnalibus, quatenus ani-
 ma per ea instruat & roboretur. Verbum nan-
 que Dei cibus est animæ, confortans eā ad se-
 quendum vestigia eius. Postq; vero in anima no-
 stra

LIBER I.

stra scripturas ediscendo, bibliothecam quan-
dam composuimus, tunc cœlestis ille magister
veniens instruit & explicat nobis scripturæ sen-
sum, roboratque & informat nos, qualiter virtu-
osam agere vitā debeamus, Christumq; indue-
re secundum spiritum, secundum animam, secun-
dum corpus, & secundum diuinitatē, vt sentiamus
in nobis, quod & in Christo Iesu, taliterq;
viuamus, vt in nobis inueniat Deus quādam re-
presentationē, & quasi viuam imaginem cūcto-
rum operum suorum. ¶ Sed neq; satis est crede-
re & scire Deū in venerabili sacramento existe-
re, nisi id ipsum ex amore sapius percipere deside-
remus spiritaliter & sacramentaliter, quotiēs id
opportune possumus. Quanto enim frequētius
isto spiritali cibo anima reficitur, tanto amplius
in Dei amore & gratia crescit, puriorq; & illu-
minator fit, & ad virtuose viuendum amplius
cōfortatur. Ideoque ad percipiendū hunc dignis-
simum cibum rite nos præparare & aptare de-
bemus. Si enim pro corporalis cibi præparatiōe,
& frequenti corporis refectione, qđ tamen pau-
lo post cibus vermiū erit, solliciti sumus, quāto
magis studiosi esse debemus ad percipiendū sæ-
pius dignissimū animæ cibum, vitam gratiæ no-
bis ministrantē? ¶ Quia vero ad eius perceptio-
nem crebrā minus idonei minusq; digni sumus,
Deū proinde rogare debemus, vt per sanctissi-
ma merita sua nos dignos, & ad hoc idoneos fa-
cere dignetur dicendo: ¶ O benedictē Deus, ex
q̄ intra me per diuinitatem tuā esse dignaris, oro
te humiliter per sanctissima merita tua, vt radia-
re sinas in me, & per me eandē diuinitatē tuam,
faciasq; longe a me, quicquid obicē aliquē gra-
tia

E iij

MARGARITAE EVANG.

tix tuæ ponit in me, dignerisq; te ipsum sumere
 in me ad te ipsum in hoc præstantissimo sacra-
 mento pro delicijs atq; desiderio tuo, in tam præ-
 cipuo & superdignissimo amore, in quali teip-
 sum sumpstisti in nouissima coena tua: meq; totū
 obsecro transmuta in te, & hoc per merita gau-
 diosi spiritus tui, sanctę ac dolorosę animę tuę,
 & sacri vulneratę corporis tui, dignerisq; me
 vnū facere cū gaudioso spiritu tuo, cum sanctis-
 sima anima tua, cū glorificato corpore tuo, et cū
 diuinitate tua. **O** quāta dignitas & diuitiæ, q̄-
 que amabiles gratiæ in hoc precioso thesauro la-
 tent, per quē similes angelis efficimur, & cūcta
 terrena fastidimus. **O** quāta gaudia et quāta my-
 steria percipit spūs vnitus spiritui diuino. **O** quā-
 tas virtutes & qualē ornatū assequitur anima, q̄t
 ad eā venire dignatur sanctissima anima Chri-
 sti. Qualē deniq; puritatē corpus percipit, q̄n in
 ipsum venit mundissimū illud et gloriosum cor-
 pus cū sacratissimo sanguine, mundatq; corpus
 nostrę, & liberat nos ab omni delicto, minuitq;
 fomitē peccati, & cū tota diuinitate oēs actiōes
 animę nobilitat, eāq; totaliter deiformē facit, et
 profunde admodū trahit eā in se, efficitq; vt to-
 tus ei mundus amarescat, & eam deniq; illumi-
 nat atq; immutat. Nō enim potest satiare animā
 siue coelū siue terra, siue quicq; aliud præter solū
 Deum, quem ipsa intra se habet, & quem ab ea
 auferre nec totus præualet mundus. **O** igitur a-
 nima mea q̄ nobili cibo reficeris, illo ipso certe,
 q̄ cibus est & gloria spirituum supernorū. **O** q̄ præ-
 ciosum thesaurū in terra cōsequeris, & iam qua-
 si secunda efficeris, fore te hæredem æternę vitę.
 Deniq; ipsum eius chirographum recipis et licet
 ras cum

LIBER I.

ras cum quinque sigillis .i. cum quinque sacratissimis vulneribus eius, & cum septem signaculis, septem videlicet sacramentis. Noli ergo, o anima mea, negligere nobilissimum cibum istum, ne are fiat cor tuum, & ne sic deficias, ut in via virtutum minime progredi possis. Custodi thesaurum hunc & refrena sensus tuos, ne ociose & indisciplina te euagentur. Sic namque faciendo iugiter intra te interius Dei sabbatum conseruare valebis.

De firma fiducia in Deum, quæ ex fide nascitur.

Cap. XXVI.

Quam beata est anima illa, quæ sperat in domino, quoniam ipse adiutor & protector illius est. Dicere enim ex sententia potest, quæcunque talis est anima: Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Et illud: Non timebo mala, quoniam tu mecum es domine. Itemque: Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et rursus cum Propheta: In velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ. O quam vere beata est anima, quæ de seipsa non præsumit, sed omnem fiduciam atque spem suam in Deo constituit, in meritis videlicet amarissimæ passionis suæ. Hinc ipse dominus ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et: Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. Et alibi; Sedebit populus meus in pulchritudine

E iij dine

MARGARITAE EVANG.

dine pacis, in tabernaculis fidutiæ, in requie opulenta. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, de manu mortis eruam eos. ¶ Gloriare ergo, o anima mea, non in sapientia, non in fortitudine, non in diuitijs, sed in hoc, quia scis & nosti dominum Deum tuum in intimo tui ipsius, & in intimo spiritus tui. Deum (inquam) qui est tam nobilissimū bonum, & inhabitator ac fidelissimus defensor tuus, qui trahit & confortat te ad cunctarum exercitium virtutum, transfradans & instruens interiora tua, teque totā largissime permanans, & nimis amoroſe amplexans ac que gubernans. Equidem si, o homo, cum omnibus intimis cogitationibus, desiderijs & intentionibus tuis ad ipsum conuersus fueris, inuenies thesaurum hunc in agro animæ tuæ, & regnum Dei intra te manifestabitur, gustabisque felicem beatitudinē, quæ tibi mundum faciet amare scire vniuersum. ¶ Dulce quidem est, ait Gregorius, esse in rebus humanis, sed ei, qui adhuc de cœlestibus gaudia nulla gustauit. Porro, si quis iam cordis ore gustauerit, quæ sit illa dulcedo cœlestium præmiorum, huic quanto dulce sit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur omnem, quod foris sustinet. Itemque: Nequaquam rerum temporalium oblectamenta contemnimus, nisi mens per contemplationem Dei in amore virtutum & cœlestiū pulchritudine delectetur. Et sanctus Bernardus: Quæ enim (inquit) anima semel a domino didicit & accepit intrare ad se ipsam, et in intimis suis Dei præsentiam suspirare, & quærere faciē eius semper, talis, inquā, anima nescio an vel ipsam gehennā ad tēpus experiri horribilius pœnaliusve ducat, quam post spiri-
 cualis

LIBER I.

tualis studij huius gustatam semel suauitatem exire denuo ad illecebras, vel potius ad molestias carnis, sensuumque inexplebilem repetere curiositatem. Et paulo post: Audi hominem expertum, quæ loquimur. Bonus es domine (inquit) sperantibus in te, anima quærenti te. Ab hoc bono si quis auertere sanctam illam animam conaretur, puto haud secus acciperet, quam si de paradiso & ab ipso introitu gloriæ se conspiceret deturbari. Hæc ille. Ea igitur causa est, cur adhuc nobis sapiat mundus iste, et cur nobis ipsis adhuc non moriamur, quia videlicet Deum pure non quærimus, nec ei adhæremus. Hinc per Prophetam suum dominus ait: Quæretis me & inuenietis, cum quæseritis me in toto corde vestro, & inueniar a vobis. Et per alium: Quærite Deum & viuet anima vestra. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Conuertimini ad me & salui eritis. Inclinate aurem vestram & venite ad me. Audite & viuet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

Quomodo anima per spem introducatur. Cap. XXVII.

NVe igitur, o anima mea, quære dominum semper, vt introduci merearis in eius cellam vinariam, dicasque cum sponsa: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Donatur autem animæ charitas ista in intimo ipsius, tunc videlicet, quando per merita Christi introducitur, & vnus cum Deo spiritus in essentiæ simplicitate efficitur, atque feliciter in diuina essentia absorbetur. Tunc

E v nanq;

MARGARITAE EVANG.

namq; Deus omnia interiora animæ perambu-
 lar, & quasi cum refluxu quodam venam ei cha-
 ritatis largitur, per quam anima nutritur, & ad
 sui ipsius & rerum omnium contemptum roborat.
 Et hæc venam, quã in ea sponſus aperuit, nec to-
 tus mundus, nec quisq; obſtruere poteſt. In hoc
 eſſentiali fundo ſemp̄ aperta manet cœleſtis vi-
 ni ſcaturigo. ¶ Porro hæc vena nequaquã aperitur,
 nec apta manet in illis, q̄ alte & cū quadã mul-
 plicitate contemplantur: & cum proprio intelle-
 ctu ſe curioſe conuertunt ad literã, & non ad ſpi-
 ritũ, ipſius literæ ſenſum adaperientẽ, renouantẽ
 & viuificantẽ. Et propterea ſemp̄ in circuitu am-
 bulãt, et nunq; ad finem perueniunt, hoc eſt, ſem-
 per inhærent operibus et donis Dei, & nõ proij-
 ciunt ſeipſos in operatorẽ atq; datorẽ Deum. Et
 ob hoc fundus iſte nunq; eis reſeratur, licet inter-
 dũ hauſtũ ſiue ictũ vnũ percipiãt, q̄ tamẽ ſta-
 tim cum delectatiõẽ, ſp̄ta paupertate ſpiritus,
 abutunt. Ideoq; nunq; ad iſtũ eſſentialem fundũ
 et quietẽ ſpiritus peruenire merentur. ¶ Humi-
 les vero & ſimplices homines aliquãto tẽpore
 ſemel omnia Dei opa atq; dona percurrerũt, eaq;
 obſeruarũt, ſed ſatiari nequaquã potuerũt, donec
 ſeſe ad intimũ animæ fundũ conuerterent & ſe
 totaliter in ipſum operatorẽ datorẽq; projece-
 rent. Eſtq; hæc excellentiſſima quãdam nobili-
 tas. Ibi namq; opera Dei pro ſuis ponunt, & ſua
 opera poſtponẽtes, in actionẽ ſeu operationẽ Dei
 patiunt. Iſta ſane maxima eſt fructuoſitas, ex qua
 virtutes oẽs bonaq; omnia oriuntur. Hæc eſt eſ-
 ſentialis in Deum cõuerſio, cui ſemper in intimo
 fundo præmium eſſentiale, q̄d eſt Deus ipſe, cor-
 reſpondet. Hi tales cognoscunt & diligũt omnia
 ſimpli-

LIBER I.

simpliciter in Deo, et cū quadā diuina gratia per
 spiciunt omnia opera, dona ac beneficia Dei, &
 in cūctis rebus Deū cōtemplantur, & cū quodā
 simplici intuitu pro seipsis & pro alijs omnibus
 orant, et seipsos in Deum totaliter immergūt. Et
 sic fundus iste in suo principio ancoratur, & in
 ipso viua vena aperitur, in eo videlicet, q̄ hu-
 iusmodi homines fidem, spem atq̄ fiduciā suā in
 Deo constituerunt. ¶ Sed iā proli dolor fere oēs
 nostris studijs & propriæ prudentiæ innitimur,
 & in eis requiescimus, propter q̄d nobilis ille in-
 troitus haudquaḡ nobis innotescit, et influxus in
 nos diuinus præpeditur. Et hoc est, q̄d per Hiere-
 miam dominus conqueritur, dicens: Duo mala
 fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aque
 viuæ, et foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ cō-
 tinere nō valent aquas. Plane reliquerūt essentia-
 lē introuersionem in intimū fundū spiritus, in q̄
 faciem dñi semper & quærere & adorare debe-
 mus. Vnde iā non immerito quilibet nostrum dā-
 cere potest: Aruit cor meū, quia oblitus sum co-
 medere panem meū: hoc est, omnipotens & sem-
 piternū Dei verbū (q̄d est vita & cibus animæ)
 in intimo cogitationū & desideriorū animæ atq̄
 intentionū cordis ruminare neglexi. O Deus me-
 us, en anima mea sicut terra sine aqua tibi, velo-
 citer exaudi me domine, defecit spiritus meus.
 Non auertas faciem tuā a me. Est nāq̄ facies tua
 cibus efficax, sapor & sapientia, potus vitæ a-
 morosus, fluxus spiritum lætificans, nutriens &
 dilatans, vires animæ confortans, cor deniq̄ vi-
 rere & fructificare faciens, si tamen nos per ve-
 rā fidē atq̄ cōfidentiā ad te, q̄ nos tā desiderāter
 expectas, cōuertamur. Sine te nāq̄ spūs noster
 in te-

MARGARITAE EVANG.

in tenebris, anima in amaritudine, & cor in mœ-
rore existit. Nunc igitur o anima mea conuertere
in requiem tuam, quia dominus benefecit ti-
bi. Quia eripuit animam meam de morte, oculo-
s meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Dica-
mus proinde: Anima nostra sicut passer erepta
est de laqueo venantium. Adiutorium nostrum
in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

De beata spe, quæ ex fide in Deum nascitur.

Cap. XXVIII.

ORitur autem hæc beata spes ex deifica fi-
de, & ipsa consequenter ex sese charita-
tem producit. Quando nanque fides tam
deifice ac deuote in Deum conuersa est, prout su-
perius iam dictum est, & a quo liber iste exordi-
um sumit, & in quo tandem finietur, quomodo
videlicet per firmam fidem fidelissimo Deo iu-
giter amorose adherere debeamus, cum sit ipse
semper præsens in intimo animæ nostræ, vbi cõ-
tinue faciem domini quærere & in spiritu adora-
re debemus, per quod facies animæ nostræ mun-
datur, & fides illuminatur ad cognoscendum
Deum, hic in fide, et postmodum in gloriæ sem-
piterna fruitione. Quando (inquam) fides hæc
taliter introducit in occultos thesauros & di-
uitias Dei, inde tunc oritur beata et deifica spes,
ita vt anima firmiter speret et cõfidat ei, in quẽ
credidit, & quem per fidem inuenit. Porro deuõ-
ta spes ista mentem subleuat in delicias Dei, v-
bi per claritatem diuinam transradiatur, & spi-
ritalibus bonis impletur, ita vt cuncta terrena
horreat, & omnes corporis voluptates contem-
nat, habiretque in libertate diuina, & cum san-
cto

flo Dauide decāret: Mihi autem adharere Deo
 bonum est, ponere in domino Deo spem meam.
 Non enim delinquent omnes, qui sperant in eo.
 Quia spes omnem vitiorum impetum & incur-
 sum excludit. Denique spes ista non aliquam illi-
 citam libertatem adducit, quemadmodum in il-
 lis contingit, qui noxia sensuum suorum curiosi-
 tate vane vtuntur, quorum spes non est spes, sed
 praesumptio, quamuis in Deo se sperare arbitre-
 tur. Sed illorum spes a vera spe nimium distat,
 eo quod noxia illa libertate gaudere volunt, de
 qua nos beatus Petrus commonet, dicens: Qua-
 si liberi & non quasi velamen habentes malitiae
 libertatem.

De diuina charitate, quae ex fide & spe nas-
 citur.

Cap. XXIX.

Postquam vero fides & spes taliter in Deo
 in vera & immobili tranquillitate funda-
 ta sunt, inde tunc oritur amor quidam &
 complacentia ex eo, quod iam credidit & spera-
 uit. Porro amor iste per spem ex Deo nascitur, in
 quem & refluit, in illum videlicet nobilissimū
 fundum, quem summa beatitudo inhabitat, vbi
 in Deum transformatur. Tuncque fidē & spem
 in vinculo amoris adeo confirmat, vt nequaquam
 ultra nexus iste dissolui possit, donec anima iu-
 bente Deo mortalitatis huius exuat vestem. Cū
 autem perceperimus id, quod modo credimus,
 & frui cōperimus eo, quod speramus, tūc fides
 & spes ad nihilum redigentur, & amor solus in
 diuinā maiestatis contemplatione aeternaliter
 perdurabit. Et certe dici non potest, quantam a-
 nimae felicitatem cōferant tres istae virtutes the-
 ologicae,

MARGARITAE EVANG.

ologica, cum eas quis in anima perfecte obtinuerit. Nam per fidei puritatem cogitationes in Deum cum intima fruitione subleuantur, per spei securitatē intellectus in claritate vultus sui dilatatur, & per charitatem voluntas in potissimo Dei beneplacito solidatur. Et tunc spiritus renouatur & pro modo suo cōformis spiritui Iesu Christi efficitur iuxta verba Apostoli dicentis: Renouamini spiritu mentis vestræ, & exuite veterem hominem, et induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Etenim quando mēs taliter subleuata est, tūc cū Christo summa beatitudine fruitur, & corpus suū subdit spiritui regens ipsum iuxta exemplū Iesu Christi. Cum enim mens per amorem renouatur, tunc per eiusdem amoris largitatem ipsa quoque inferior pars animæ & corpus renouatur. Nunquā enim ociosus esse potest amor. Magna enim operatur si est. Nec quiescere potest, nec cessare unquā, amare Deum, honorare Deū, Deo regratiari, Deum laudare, eius præsentia omni tempore respondere, et eius supremam laudem perficere. Ista namque sunt deliciae eius. Plus enim amatum diligit quam seipsum. Denique amor iste virtutes omnes in se comprehendit, si tamen ille verus amor est, de quo sanctus Paulus ait: Sine amore nihil habentes, sed per amorē omnia possidentes. Caritas omnia credit, quæ veritas suadet, vt credantur, fortiter sperat omnia, quæ fides recte credit: omnia suffert. Nunquam excidit, neque in hoc seculo, neque in futuro. Rationem facit patienter & benigne omnia aduersa sufferre, nulli inuidere, neminem iudicare, sed feliciter alterius congratulari tanquam suæ.

LIBER I.

suæ. Iræ reprimat, ut nec turbari, nec inflari
 possit, eamque facit omne malum detestari. Vini
 concupiscibilem restringit, quatenus non gau-
 deat super iniquitate. Mores etiam corporis in
 matura quadam & humili modestia componit
 & cunctorum est obsequijs parata. Loco infi-
 mo delectatur. In omni pressura tranquilla per-
 manet & de oblato sibi honore erubescit. Insu-
 per in anima quendam amoris languorem &
 æternitatis gustum generat. De qua charitate sic
 dicit Hugo de sancto Victore: O charitas quæ
 inextinguibiliter in præcordijs martyrum arsi-
 sti, quia nec probris, nec premijs, nec pœnis
 obrui potuisti. ¶ Denique quanto mens sei-
 psam ab intra magis nudam & ab omni ima-
 gine liberam reddit, tanto amplius a Deo tra-
 hitur ad vniendum se illi per ardentissimum a-
 morem, vbi tunc a seipsa deficit, & quanto mi-
 nus in se aliquid inuenit, cui per amorem inhæ-
 ret, tanto amorosius a sponso suscipitur, & eius
 charitate amplius vulneratur, & tãto fit ad qua-
 rendum illum studiosior, quanto eum intra se
 esse iam nouit. O quoties in hoc statu beatissi-
 mis spiritibus clamat dicens: Annunciate dile-
 cto, quia amore languo. Merito gloriari po-
 test charitas ista potatam se esse in cellarjs spon-
 si, inebriatam cœlestibus desiderijs, & complexa
 tam brachijs amoris eius. Tunc pijsimè Deus
 radios amoris sui diffundit ac dirigit in nobilem
 illum essentialem fundum cum claro ac super-
 splendente lumine suauissimæ charitatis suæ, o-
 mniaque eius interiora permanat, de quo sic ait
 sanctus Bernardus: Felix anima, quæ in Christi
 recumbit pectore, & inter verbi brachia re-
 quiescit.

MARGARITAE EVANG.

quiescit. Magna & stupenda dignatio sponsi, quod
quiescere facit animam contemplantem in sinu
suo, in quo omnem inuenit suauitatem, ut iam
merito dicat: In pace in idipsum dormiam & re-
quiescam. Hinc etenim dicit: Leua eius sub capi-
te meo, & dextera illius amplexabitur me, ubi
per caput intelligitur suprema pars animae. Si-
cut enim caput praeter ceteris membris amplius
solet exornari: ita quoque spiritualis pulchritu-
do praecipue consistit in suprema parte rationa-
lis animae, in qua imago gloriosissimae Trinita-
tis inuenitur. Vnde Elaias: Gaudens gaudebo in
domino, quia induit me vestimēto salutis, et tan-
quam sponsam decorauit me.

Qualiter anima diuino sese amori debeat
mancipare. Cap. XXX.

O Anima nobilis, si quid apud dilectum tu-
um efficere desideras, assume tibi amo-
rem Dei. Nihil enim fortius est anima cha-
ritatis telo vulnerata, quippe quae non mundum
hunc tantum, sed ipsum quam inuincibilem De-
um vincit. Est reuera vigorosus admodum & a-
cutus amor, qui diuinam abyssum penetrare &
translagitare potest. Noli o anima negligere sa-
gittis amoris impetere dilectum tuum, quin po-
tius sine cessatiōe vulnera eum, donec eius actu
ali amore capi & constringi merearis. Ait quo-
dam loco ipse dominus: Vulnerasti cor meum
soror mea, sponsa vulnerasti cor meum, id est,
immensam pulchritudinem meam & superdeli-
ciosissimam dulcedinem meam desiderijs tuis vi-
olenter penetraſti, o soror mea sponsa, quam in-
comparabiliter te amare oportet Deum tuum,
quae

LIBER I.

quæ tāta cognatione, vt soror & spōsa Christo coniungeris, qui signum suum impressit fronti tuæ, quod in sempiternum deleri non poterit, te que preciosissimo & inæstimabili thesauro, vt-pote seipso, redimere dignatus est, per quem nihil tibi negare poterit, si secundum eius beneplacitum viuere, & amoris sui iugiter esse memor curaueris. ¶ Si vero istud neglexeris, & stercorei atque limo vanarum creaturarum te immiscueris, certa esto, q̄a cito velociter perditura es nobilitatem tuam, vt-pote ingrata existens charitati suæ, tradetque te tortoribus secundum iustitiam & æternam ordinationem suam, qui nihil in te relinquent impunitum. Tu vero Dei similitudine & tua ipsius pulchritudine spoliata simul cum ipsis horribiliter deformaberis. Attamen esse tuum in perpetuum durabit. Quia enim ad æternæ essentiæ imaginem & similitudinem facta es, ad possidendum perpetuo summum bonum, ad contemplandum æternam lucem, idque neglexisti, propter hoc iure in perpetuum, velis nolis, æternas tenebras et carnales demonum aspectus intueri cogeris. Et pro eo quod perenni iucunditate frui deberes, perpetua tormenta sustinere & sentire compelleris, eo quod sempiterno bono non adhæseris, Deo videlicet tuo, qui se ad hoc tecum vniuit & te sibi similem fecit, quique diuinam virtutem suam, & lumen vultus sui, insuper & beneplaciti sui cognitionem tibi infudit, quatenus ei seruire, eumq̄ cognoscere & amare debuisses.

Qualiter nos ad amandū Deum intra nos
conuertere debeamus. Cap. XXXI.

F Quisquis

MARGARITAE EVANG.

Quisquis ergo in amore proficere, & in virtutibus crescere voluerit, studiose ad hoc niti debet, ut in omni actione & omissione sua diligenter custodiat sui in se liberam introuersionem, & in vnione amoris Deo iugiter adhæreat. In hac quippe vnione lumen gratiæ suæ & conscientiæ puritatem largitur Deus. Et in hac libera introuersione (vbi anima cum Deo vnitur) charitas exoritur, quæ nimirum præcipua radix est omnium virtutum. Ipsa nanque superiores animæ vires coram Deo iugiter in quadam tranquilla diuinitatis fruitione conseruat. Ipsa omnes sensuales vires in quoddam internum sentimentum congregat. Ipsa memoriã trahit in fontale principium suum, vbi semper illi respondet æternitas beatissimæ Trinitatis. Ipsa intellectum in cognitionem et saporem æternæ sapientiæ sustollit. Ipsa vim amatiuam replet & accendit, & spiritum in conspectu Dei ardere facit & liquefcere, & animam in abyssi amore velut annihilare seipsam. Ipsa spiritum simplicem & absque imaginibus facit in diuina libertate. Ipsa animam purgat, mundat & simpliciat. Ipsa rationem illustrat, & eam docet omnium virtutum discretionem. Ipsa vim concupiscibilem purgat, & ad æterna desideranda impellit. Ipsa irascibilem deprimit, eamque mitem & humilem reddit. Ipsa conscientiam purificat. Ipsa corripit, & ordinat omnes affectiones. Ipsa cor quietum, feruidum & foecundum reddit in omni exercitio virtutum. Ipsa cuncta hominis opera Deo placita facit. Ipsa voluntatẽ quæ principalis est radix spiritus, in diuina charitate confirmat, ipsamque ad omnes homines largo quo-

LIBER I.

go q̄dam fauore emanare facit. Ipsa vim concu-
 piscibilem, q̄ radix est animæ, in altissima qua-
 dā humilitatis abyfso fundat, per quā anima sese
 inclināt & submittit Deo & om̄i creaturæ. Ipsa
 postremo intentionem, quæ est radix cordis, fir-
 mat ac stabilit in vera patientia & tolerantia,
 & in omni labore, & tam in prosperis, quam in
 aduersis, in omni etiam ignominia & sui despe-
 ctiōe facit eam iuste operari. ¶ Quisquis igitur
 amorem Dei in moribus suis interius & exteri-
 us seruat, ille procul dubio omnia tam veteris q̄
 noui testamenti præcepta adimplet. Amor bo-
 num hominem humilem facit absque sapere, pa-
 tientem sine sentire, & iustum absq̄ scire. Hinc
 S. ait Bernardus: O anima esto solitaria, & ei so-
 li seruias, quate solus elegit. O anima Dei insigni-
 ta imagine, decorata similitudine, desponsata fi-
 de, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata
 cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonita-
 tis, rationis particeps, quid tibi cum carne, vnde
 ista pateris? Cum igit̄ Deus amor sit, quare huc
 illucque discurremus, cur properamus ad altitu-
 dinem cœli & profundum terræ, ad quærendum
 inibi ipsum, qui hic præsens nobiscum est, si
 nos esse cum ipso velimus? ¶ Quapropter
 si in charitate persistere & a grauibus peccatis
 præseruari volumus, nosipfos sollicite con-
 seruare debemus in quadam simplici introuer-
 sione in nosipfos, & continue habitare ac ma-
 nere nobiscum, & diuinis intendere inspiratio-
 nibus. Ibi nanque veram hauriemus sapientiā,
 sibi, quomodo viuere oportet, discemus. Et tunc
 per om̄ia cōformis erit vita nostra scripturis san-
 ctæ ecclesiæ, & omnibus sanctis, & ex amore

F ij virtutum

MARGARITAE EVANG.

virtutū atq; ex profunda humilitate desiderare incipiemus, tam per scripturas sanctas, quam a cunctis hominibus argui ac reprehendi, multūque delectabit nos fugiter verba salutaris informationis audire, & videre sanctitatem vitæ. In his etenim, alijsq; multis quotidie proficit quilibet homo bonus. ¶ Quidam magister dicebat: Multus discursus, & frequens interrogatio mea, nō me sanctum facere potuerunt, sed sessio mea, & sollicita ac diligens meditatio ipsæ me Deum inuenire fecerunt. Quisquis enim omniconatu sese in essentialē animæ suæ fundum introuerit, & inibi corā Deo se posuerit in interno silentio cum quiete spiritus & pace cordis, ille procul dubio Deum illic existentem inueniet, audietque ibidem omnipotens & æternum verbum, quod omnia interiora animæ viuificat & intimum mentis suæ claritate vultus sui illuminat, animam veritate vestit, & cor in amarissimæ passionis suæ meditatione fecundum efficit. Hic suprema veritas intellectu apprehenditur, hic assicuratio fit homini fore se de prædestinatis, de quibus Euangelium: Multi, ait, sunt vocati, pauci vero electi. Omnes quidem vocati, & amarissima domini saluatoris nostri passione redempti sumus, sed pro quanto eius passionem sequimur, eamque in nostris cordibus & cogitationibus gestamus, & per eam vnus spiritus, vna anima, & vnū cum ipso corpus efficimur, idque ipsum quod sentiebat in gaudio suo spiritu suo, moestissima anima sua, & vulnerato corpore suo, nobis attrahimus, pro tanto assicurari meremur. ¶ Quod cum ita sit, frivola admodum, & cæca nimis opinio est, dicentium

LIBER I.

tium: Vnde scire potero, si me vel elegit, vel dā
 nare constituit Deus? Et: Signauit Deus omnes
 suos, atque præuidit quos vel saluare, vel repro
 bare decreuit. Huiuscemodi nanque verbis aut
 cogitationibus grauius nimis inhonoratur, &
 blasphematur Deus. Non est voluntas patris ve
 stri, qui in cœlis est, ait ipse dominus, vt pereat
 vnus de minimis istis. Venit em̄ filius hominis
 saluare quod perierat. Et: Pater diligit filium, &
 omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium,
 habet vitam æternam: qui autem incredulus
 est filio, non videbit vitā, sed ira Dei manet sup
 eū. Ab æterno siquidē oēs nos pijsimus Deus a
 mauit, cognouit, vocauit & elegit, ita vt si vice
 versa etiā nos ipsum cognoscere, amare et elige
 re velimus, absq; dubio futuri simus in perpetu
 um electi ipsius. Oēs em̄ illos, qui ipsum eligere
 & amare volūt, elegit dñs. Vnde etiā ipse dicit:
 Ego diligētes me diligo. Et hos q̄q; signauit cha
 ritate & gratia p̄destinationis, seq; eis in perpe
 tuū benefacere velle promisit. Illos vero qui se a
 Deo spōte auertūt, & solatiū atq; amorē suū in
 rebus trāsitorijs constituūt, eisc; cor suum appo
 nūt, obliui amoris diuini & beneficior; Dei, hos
 tales secundū æternā p̄destinationē suā p̄seuiuit,
 q; videlicet in perpetuū iuxta exigentiā oper; su
 or; male habebūt, & debita iustitia in æternum
 condemnabunt. Cōtempserunt etem̄ & abiece
 runt pro bonis tēporalibus æternū bonū, & spō
 te se auerterūt a Deo creatore suo ad creaturas,
 & pro hoc vā sempiternū & perenne supplicii
 eis repēdet. Qui vero Deū sup om̄ia diligūt et in
 tendūt, illos ipse vicissim saluare decreuit, per
 ducetq; eos ad brauiū illud, pro quo multi qui
 dem

MARGARITAE EVANG.

dē in stadio currunt, sed vnus tantū accipit, qui sunt omnes illi, qui vnum cum Deo efficiuntur.

De abiiciendo omni seruili timore.
re. Cap. XXXII.

Postquam ergo attendit meditatio mortis, & iudicij extremi, poenarumq; inferni & gaudij aeternae vitae hominem fecit a peccatis abstinere, & mundū fugere: ipseq; iā homo ad scholā Christi, & ad vitā spiritualem, iuxta euāgelica Christi consilia se cōtulit, & dño Deo suo fideliter promisit seruiturum se illi in perpetua castitate, paupertate & obedientia, carnemq; suam cum vitijs & cōcupiscentijs crucifixit, & amorosam vitam ac passionem atq; imaginem Christi cordi suo impressit, eiusq; internos cruciatus et virtutes in anima sua collegit, eleuans iā cū pura fide in Deum cogitationes suas, & intellectū cū securo spe, & voluntatē in ardētissimo amore vnitā habēs, prout supius dictū est, etiā timor Dei adesse debet. ¶ Sicut em̄ per amorē oēs virtutes acquirunt, ita per timorē & humilitatem acquirunt iā virtutes custodiunt, non quidē per seruilē illū timorem, q; seipsum q̄rit et lucrum suū, timēdo mercedem perdere, et poenā aut confusionē incurrere, sed per filialem timorē, q; ex amore nascit, qui in omnibus pure Deū q̄rit & inuenit, etq; ex amore cum omni diligentia reuertet ac timet. Qui mētem inhærere Deo facit, ipsamq; cōstringit in vinculo dilectiōis & pacis ad seruādum vnitatē spiritus: Sēperq; nos sollicitos reddit, ne quid forte admittamus, quod Deo in nobis displicere possit, ob quod faciem suam a nobis abscondat, ne ve eius bonis siue donis
ob

LIBER I.

ob ingratiudinē spoliemur, & ne forte eius cha-
ritati satisfacere non possimus. Ille est diuinus ti-
mor ex amore procedens, in quo omnis perfecta
salus consistit. Hic est spiritus ille timoris domi-
ni, qui omnia interiora animæ replet & vnit in
Deo, ostēdens animæ occultas semitas Dei. Que
perfecto anima audire meretur: Iam non dicam
vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat domi-
nus eius. Vos autē dixi amicos, quia omnia quæ-
cunq; audiui a patre meo, nota feci vobis. Hic
iam cedere oportet oēm seruilē timorem, qui
pœnā & curas multas habet, remanetque salu-
berrimus ille diuinus timor, in q̄ est omne bonū.
Nūc igitur o vos timidi & modicę fidei, nolite ti-
mere, nolite vos ipsos q̄rere: sed querite, sed time-
te, sed reueriamini dñm Deū vestrum, & inueni-
eris eum, in quo est omne bonum, & nihil vobis
deerit. Hinc ait S. Augustinus: Cū adhæreo Deo
meo cum omnibus viribus meis, vndiq; bene
est mihi, & nusq; labor. Quia vita mea repleta
est bonis, & ita sto securus. Quisquis enim ad e-
um introierit, in gaudium intrat domini sui, &
non timebit, sed bene erit ei. Quod sanctus Da-
uid insinuat, dicens: Dominus mihi adiutor est,
nō timebo quid faciat mihi homo. Dominus mi-
hi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos.

Qualiter in amore proficere debeat
mus. Cap. XXXIII.

Abiiciamus ergo omnem inutilē seruilē
timorem, & convertamus nos ad electio-
nem filiorū Dei. Honoremus Deum tanq̄
omnipotentē dñm, qui conseruator et protector
noster est. Honoremus & timeamus eum tanq̄
patrem

R iij

patrem

MARGARITAE EVANG.

patrē q̄ fecit nos, in q̄ ab æterno fuimus, q̄q̄ modo est intra nos, & cū auxilio suo paterno vult permanere nobiscū. Quid nobis cū limo terrenæ amicitia, qui tā secretū intra nos amicum habemus, immortalē videlicet & incōmutabilem, in q̄ om̄is potestas, victoria, pulchritudo, delicia & salus simul existunt? Diligamus eū tanq̄ fratrem ac redemptorem, q̄ nos coheredes fecit regni sui. Amplexemur eū tanq̄ sp̄sum, q̄ nos seipso sibi desp̄savit, qui est viuum nutrimentum animæ nostræ, lux absq̄ tenebris, viuū & efficax verbum, per quod om̄ia viuunt & nutriuntur, per eius videlicet sapientiam, perq̄ riuos potentissimarum diuitiarum eius, de quo in Ecclesiastico legitur: Fons sapientia verbum Dei in excelsis, quæ nimirum sapientia, verbum est increatum summi Dei, quod animabus diligentī illud inspiratur, q̄d nos sine intermissione docet & admonet, qualiter ei libera & eleuata mente adherere & obseruare, qualiter intra nos viuum illud verbum generetur, qualiterque in cordibus nostris impressam habere crucifixā imaginem sanctissimæ vitæ & passionis suæ, eumque tota & plena dilectione imitari sicut sp̄sa sponsum suum, nec quicquam omnino timere debeamus. Ait etenim pius dominus: Iugum meum suauē est, & onus meum leue: in quo inuenietis requiem animabus vestris, ita vt nec asperitas vlla, nec vlla difficultas ab amore meo vos retrahere valeat, & cum Apostolo dicere possitis: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum enim, quia neq̄ mors, neque vita, neque creatura

alia

LIBER I.

alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est
in Christo Iesu domino nostro.

De diuino timore ex amore nascente.

Cap. XXXIII.

Postquam ergo omnis a nobis seruilis timor
exclusus est, & per fidem, spem atq; chari-
tatem in Deo habitamus & ipse in nobis,
iamq; præclarum illum thesaurum & regnum
Dei in animabus nostris inuenire meruimus, ne-
cessarium nobis est, vt habeamus quendam in-
tra nos indefessum vigilem, ipsum videlicet
timorem Dei filialem, qui nobis acquisita bo-
na custodiat, & diligentissime semper obseruet,
ne mens nostra aliquod quarumcunq; rerum me-
dium admittat, perq; eas abstrahatur: & ne Dei
felix natiuitas in anima impediatur, neue crucifi-
xa imago domini nostri ex cordibus nostris dele-
atur: & denique ne vllum membrum extra hæc
regiam viã retrahamus. Super his & similibus
vitijs ac negligentijs iugiter inuigilare timor
debet, ne homo inaniter & ociose se extrouertat,
aut per sensus suos aliquid illabi patiat, quod
eum vel grauare, vel amaricare possit. Necessa-
rius enim est in his perpetuus timor, Beatus nan-
que est seruus ille, quem cū venerit dominus, in-
uenerit vigilantem iugiter super domum suam,
qui bonus est pastor, & agnoscit oues suas, eas-
que ad pascua deducit ad montes excelsos Chri-
sti diuinitatis & in fertiles valles ipsius humilli-
mæ humanitatis. Tunc pascentur in æterna vi-
riditate, & potabunt de riuis aquæ viuæ, & in-
gredientes ac egredientes pascua inuenient. ¶
Quam bonus & suauis est domine spiritus tuus

F v in om-

MARGARITAE EVANG.

in omnibus. O q̄ magna multitudo dulcedinis
 tuæ dñe, quā abicōdisti timētibus te. Qui timet
 hominē, cito corruet, q̄ sperat in dño, subleuabi-
 tur. Qui cōfidunt in illo, intelligēt veritatē, & si
 deles in dilectione acquiescēt illi: qm̄ donum &
 pax est electis Dei. Elegerunt etem̄ sibi bonā pa-
 cē, & timere ac reuereri dñm. Legitur enim in
 Ecclesiastico: Timor dñi expellit peccatū. Nam
 qui sine timore est, nō poterit iustificari. Deniq̄,
 iste timor dñi non solū vitare, sed & odire malū
 facit. Hinc ait S. Gregorius: Ad oia deuota cor-
 da spectat quæuis media deuotare, in q̄bus etiā
 nullū peccatum existit. Et S. Augustinus: Si volu-
 erimus, ingt, obedire Deo, qcquid in mūdo est,
 obediet nobis. Debemus ergo obedire Deo no-
 stro, & merito timorati semper esse atq̄ solliciti.
 Lōga em̄ via, et modicū tēporis nobis superest,
 multa quoq̄ sunt opera, q̄ iussi sumus facere, &
 breuis hora, eadēq̄ incerta. Quicqd̄ aut̄ mō ne-
 gligimus, illo in eternū carebimus. Dicitū est mō
 ex testimonio sacræ scripturæ, qualiter abijcere
 debeamus oēm seruilē timorē, & seruare tm̄ filia-
 lē illum timorē, per quē semper vigiles ac solli-
 citi simus aduersus oēs vanas euagationes, &
 inutiles receptiones siue admisiones, q̄ a nobis
 thesaurū nostræ auferre possent. Nunq̄ em̄ rētare
 nos cessant aduersarij nostri. Timendū est quoq̄
 & cauendū sollicite ab oī vitio, q̄d nos sub spe-
 cie boni alicuius inuadere conat̄, q̄d profecto in-
 timū fundum nostræ, & oculos animæ vehemen-
 ter obfuscare posset, si nō circa hoc attēte vigile-
 mus. Sed istud nō attendūt, neq̄ cognoscunt ser-
 ui. Illi vero, q̄ gratiā filialis timoris sunt adepti,
 in lucē cognitionis defectuum suorum introdu-
 cunt

LIBER I.

cuntur, per quā intelligūt deceptiones diaboli, q̄
videlicet præbet lumē absq̄ humilitate, gustum
sine securitate, dulcedinem sine consolatione.

De anxia & sollicita vigilantia aduersus
omnes tentationes. Cap. XXXV.

Proinde studiose cauendū est & vigilandū,
ne vllas tentationes intromittamus, quas
versipellis ille astute producit, idq̄ sapius
sub specie boni alicuius, quatenus inde inordina-
ti aut irresignati efficiamur, ne videlicet grauio-
ra incidamus spiritalis gratiæ aut profectus di-
spēdia. Sed in hoc cauti ac circūspecti esse debe-
mus, & cū resignata humilitate iugiter inniti fi-
delissimo Deo nostro, atq̄ patiēter expectare in
oibus accidētijs longanimitatē eius, quantūuis
bona aut extranea mirabilia, vel difficilia ea ex-
istāt. Fugiamus ergo & declinemus cū filiali ti-
more in Deū, nec quicq̄ tētorum respōdeamus,
quantūuis magna nobis ipse proponat. Tacea-
mus ei penitus, & diligēter obseruemus oēs ia-
nuas et fenestras, et obturemus oēs rimas, vt nul-
lus ei ad cor nostræ pateat accessus: sicq̄ nos ha-
beamus, quasi nulla sit nobis cura de aliq̄, et oīa
secure cōmittamus oīpotenti, sapiēti ac benignis-
simo Deo, & sic obtinebimus quandā essentialē
pacē, cunctiq̄ aduersarij nostri superabūtur, &
pedibus nostris cōterent. ¶ Sane si etiā totus mū-
dus nos vndiq̄ vallasset, & oēs simul dæmones
aduersum nos cōiurassent, in nullo nobis obesse
poterūt, si eis neq̄ cogitationibus, neq̄ affectio-
nibus, neq̄ verbis, neq̄ operibus, neq̄ vidēdo,
neque audiendo respōdeamus. Prorsus in nullo
tunc nos impident, sed ipsi magis prosternen-
tur, & incident in foueam, quam fecerunt, cun-
ctiq̄

¶

MARGARITAE EVANG.

ctaque nostra in pace erunt. Vigilemus ergo at-
 tentius circa hoc, ne eas quoquo modo intromit-
 tamus, quantumlibet magna nos, siue pressura,
 siue violentia circudent. Etiam si naturam in-
 de debilitari & cor ipsum opprimi contingat,
 prorsus hoc nihili facere debemus. Oportet enim
 & necesse est, crucifigi naturam nostram. Cur
 igitur non libentius id fieri patiamur ab alio, q̄
 a nobis ipsis? Veruntamen post hanc pressuram
 dulcissima libertas spiritus succedit, si nos ipsos
 custodierimus, ne intra nos tentationem ipsam,
 eam videlicet discutiendo aut reuoluendo, ad-
 mittamus. Inde nanq; procul dubio innumera et
 grauissima damna orirentur, et ipsi hostes nostri
 domum nostram prius impugnatam, etiam ex-
 pugnarent & obtinerent, cunctaq; in ea existen-
 tia trucidarēt. Quamobrem diligentissime cauē-
 dum, ne vel semel cogitemus: Ecce ista mihi pa-
 tienda incumbunt, vel tale quid factum est aut
 incidit mihi. Sed postpositis huiusmodi cogitati-
 onibus, totis viribus Deo inhæreamus, donec om-
 nia interiora nostra plene exercitata & in eius
 amarissimam passionem sint transformata, me-
 ditemurque constanter, quanta pro nobis ipse su-
 stinuit, donec omnis illa tentationum molestia
 & tumultus sopiatur. Et tunc fideliter pro omni-
 bus causis ac negocijs orare debemus, licebitque
 nobis Deo necessitates & angustias nostras ex-
 ponere, eique offerre. Quo facto, ipse vicissim
 nos instruit, qualiter in eis nos habere debeat-
 mus: & quibus eas culpis nostris promerimus,
 ostendit. Si enim peccatum nullum haberemus,
 nec poena in nobis de communi cursu vlla lo-
 cum haberet, quanquā Deus nonnullis magnis
 sanctis

LIBER I.

sanctis absque culpa, pro sua tamen salute cre-
datur quandoque poenas auxisse, quod de glori-
osa virgine matre dubium non est, Taliter ergo
cum timore Dei vigilare ac orare debemus.

Oratio pro diuino auxilio.

Omnipotens æterne Deus, sine cuius auxi-
lio infirmus sum, nihilq; præualeo, cōfor-
ta me obsecro in omnibus, quæ placita
sunt tibi, Cogitationes meas stabilias, memoriã
admoneas, & mea omnia in te desideria trahas
rapiasque. O veritas æterna defende me, quia si-
ne te iniustus sum. Custodi me quæso, ne deci-
piar neq; decipiam. Illumina intellectum meum
& rationem meam instrue. O amabilis bonitas,
sine te ad omnia sum mala procliuis. Ideoque te
rogo, vt implere & perfluere digneris omnia in-
teriora mea, & voluntatem meam in tuo vnias
amore, omnesque vires meas sic accende, men-
tem illumina, animam fœcundam effice, rege
cor meum & omnia opera mea, quatenus a te so-
lo agar possidearq; & mens mea in te vera li-
bertate donetur, verbumq; tuum in anima mea
nasci possit, vnde omnia interiora mea illustren-
tur, sentiantq; quam veraciter, & perspicue tu
mihi proximus sis in fundo animæ meæ: vnde et
cor meum in omni virtute fœcundetur, spiritus
meus in tui amore rapiatur, & ego ipse conforta-
ri, doceri & dirigi merear ad sequendum perfe-
ctissimum exemplar tuum, sanctissimaq; vesti-
gia tuã, atq; ad amplexandum eum tanto cordis
ardore omnem amerosam vitam & passionem
tuam, eamq; tam fortiter in eodem plantandum,
& velut in fasciculos collectam seruandum, ve-
nunquam inde vel ad dexteram, vel ad sinistram

RECQ.

MARGARITAE EVANG.

recedere possim. Vnde insuper spiritus meus ex-
 hilaratur, anima perfecte sanetur, cor robore-
 tur, & corpus vbiq; protegatur, vt vel sic in me
 sempiternū verbum tuū impleatur, quō tuipe
 ais: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos
 dedisti mihi, vt sint vnum, sicut et nos, vt ego sic
 vnū tecum sim in amore, in vita & in pœna. Et
 quia vita vel passio mea nihil omnino sunt, ideo
 vnire & applicare ea digneris sanctissimæ vitæ
 & passioni tuæ, quatenus per ea fructuosa tibiq;
 reddantur accepta, possisq; in me viuam quan-
 dam oim operum tuorū representationem inue-
 nire, & ego meipsum exiens, in te Deo meo cōfi-
 sere, & in spū meo diuinitatis tuæ mysteriū, &
 ob oculos animæ meæ lucidissimū speculū hu-
 manitatis tuæ habere queam, per quod facies a-
 nimæ meæ illuminari atq; purgari, & occultus
 defectuū meorum fundus mihi reuelari ac inno-
 tescere possit: quo etiā ego ipse muniar aduersus
 omnia, q̄ displicent tibi, semperq; reficiar, cōti-
 forter vestiariq;. His nanq; armis omnes inimi-
 ci nostri eneruantur atq; vincuntur, extra quæ si
 quādo me auerto, vulnus accipio. Per hæc om-
 nes infirmitatū dolores curantur, oppressi con-
 solantur, captiui liberantur, famelici saturantur,
 sitibundi potantur, et nudi vestiuntur. Tu nanque
 fons ille es, ex quo bona cūcta procedunt et hau-
 riuntur. Rogo itaque te domine Deus meus, di-
 gneris ista perficere in me per merita tua ad glo-
 riam tuam, quod & similiter pro omnibus peto,
 tam viuīs, q̄ defunctis. Quia tu in omnibus es, et
 omnes ex æquo redemisti. Ideo & per sanctissi-
 ma merita tua adiuuare nos omnes dignare do-
 mine Deus noster, vt te omnes cognoscamus, o-
 mnes

LIBER I.

manes tibi seruiamus, teque omnes tota virtute diligamus, Amen. ¶ Hæc est breuis quædam formula orationis internæ, quæ nunquam interrumpidebet. Oratio vero superessentialis, quæ in ipso purissimo fundo Deo omnipotenti offertur, neque scribi, neque dici potest. Quia nec ipse, qui sic orat, incomparabilem nobilitatem, fructum & utilitatem eiusmodi orationis nouit, quippe qui immersus & assumptus est in diuitias Dei sui. Porro, ut & nos ita vigilare & orare quandoque possimus, præstet nobis piissimus dominus Deus noster, Amen.

Quo fundamentum nostrum ponere debeamus in passione Christi. Cap. XXXVI.

Quisquis autem & ea, quæ iam dicta sunt, & quæ postmodum dicentur, in seipso feliciter experiri, & ad ea pertingere uoluerit (quod certe nulli denegatur facienti, quod in se est, & uoluntatem ac diligentiam suam adhibenti) seipsum expedire ac nudare debet ab omni illo, quod Deus non est, & conuertere se totis uiribus & omni conatu ad exercitium diuine passionis, eamque adeo uigoroſe attrahere ad sentiendum eam ab intra, donec omnes sensuum euagationes inibi colligantur stabilianturque, ita ut ubicumque siue stet siue ambulet, iugiter ob oculos suos, quasi speculum, & in sentimento cordis sui, tanquam fundamentum quoddam fixam ac stabilitam habeat amoroſam uitam ac passionem domini nostri Iesu Christi, cui perpetuo inherere uelit ad construendum desuper uirtutes uniuersas. Nemo enim tam sublimiter proficit, quin ad eam recursum habere debeat: nec quisquam ita debet extrouerti & occupari, quam illi inhaereat fundamento, si mori uelit.

MARGARITAE EVANG.

velit grata esse Deo & accepta opera sua. Imo si quis esset adeo exercitatus, quod per lumen gratiæ raperetur extra suum ipsius naturale lumen, & seipsum quasi in lumine gratiæ perdidisset, atq; in diuitias Dei absorptus esset, quando nihilo minus sibi ipsi restituitur, istud fundamentum primum ac præcipuū est obiectum ipsius, atque sentimētum, quod in seipso recipit, & cui iugiter inhæret. **I**llo igitur fundamento taliter in corde iacto ac stabilito, adhuc magis internum exercitium requiritur, pœnarū videlicet ac dolorum, quos in sanctissima anima sua Christus sustinuit. Quod tanto melius est atq; vtilius, quanto aurum cupro præstantius est. Non enim sufficerent vel mille corda dolores, quos in anima sua Christus sustinuit, plene cogitare. Istos vero dolores adeo vigorose interius exercere debemus, donec eos in anima nostra sentiamus, & in eis stabiliamur. Sed & tunc adhuc magis introuerti debemus ad contemplandum amorem ac gaudium spiritus, in quibus erat mens Christi, & extra quæ nec ad momentum recedebat, quod exercitium tanto est supra dictis nobilius ac præstantius, quanto cœlum melius est terra. Amor etenim ille & gaudium illud tam ingens erat ob felicem contemplationem gloriæ patrum diuitiarum, ad quam perducturus erat animas nostras. Amor (inquā) eius tantus ad nos erat, quod vsque ad extremi iudicij diem in illo suspensus potius, quam permisisset vnam saltem animā ab illis gaudijs ac æterna felicitate, quantum in ipso fuit, separari & perire. Porro amorem istum & gaudium istud continue in spiritu nostro

LIBER I.

nostro exercere debemus, donec ea in spiritu & mēte nostra sentiamus, ipsaq; mens exultet præ amore gaudiij, & anima læqueat præ doloroso mœrore, & corpus crucifigatur ac moriatur omni sensualitati, & spiritus hoc amore capiatur, atque in Deo ligetur ad perenniter cū ipso permanendum. ¶ Tunc demū ultimo fini suo appropinquat homo, in quo vera perfectio cōsistit, vbi de æterna veritate affecuratur, vbi Deus se ipsum largitur in viribus animæ, easque facit deiformes. Et sic homo in Christū Iesum transformatur, eiq; via Dei clare ob oculos proponitur, & docetur qualiter debeat interius & exterius cōuersari, & spiritū suū dirigere in intimū illud gaudiū, & animā in tristitiā, et corpus in patientiā, & sensus subtrus spineā coronam, & manus affixas virtuosis Christi operibus, & pedes eius sacris vestigijs, & cor amoris iaculo transfixū habere, quatenus omnis vita sua, oīs amor suus, omnia desideria, cogitationes, verba et opera Deus sit, instruiturq; inibi: qualiter totū sit Dei, qcquid habet, quicquid amat, qcquid intelligit, vt sic ei vicissim applicetur in perpetuo amore, & per fidē, spem atq; charitatem modo sæpe dicto in ipso habitet, & ipse in illo. Quisquis enī in Deo taliter sese exercet, eiusq; facit voluntatē, hunc ipse orantē libenter exaudit. Ille autē facit voluntatē eius, qui sic Christū Iesum induit & imitatur, qui in exteriori homine suo vulneratū Christi corpus induit, & tanq; fundamentū quoddam animæ suæ crucifixam imaginē impressit, adeo vt vbiuncq; stet siue eat, hāc iugiter in omni loco secū habeat, in ea sese exercens & secū dum eam dirigēs, tam interiorē, q̄ exteriorē hominem

G minem

MARGARITAE EVANG.

minē suū. Inde nimis humilis efficitur homo in
 cōuersione sua, cū dñm Deum suum ita humil
 liter & verecūde cū multa morū honestate se
 viderit praeuntem. Iustus quoq; efficietur, cū in
 omnibus actibus suis Iesum sibi associauerit &
 diligēter intuitus fuerit, qualiter ipse cuncta ope
 ra sua ad supremā gloriā patris sui pegit, et quō
 semper in mente subleuatus exitit, feruēs & ple
 nus ardentissimo amore, in spū subiectus et obe
 diens in anima, & in corpore patiētissimus. Ve
 rax quoque in verbis suis efficietur, si attēre con
 siderauerit, quam vera & diuina sapientia ple
 na erant omnia Christi verba. Patiens insuper
 erit in omni aduersitate, paupertate & despecti
 one, si Christi pœnalitatem, paupertatē & despe
 ctionē attenderit. Deniq; & sobrietatis granum
 assequetur, attendens quō ille, qui cibus est ange
 lorum, sæpius etiā naturæ necessaria nō habuit,
 & in morte sua felle & aceto potatus fuit. ¶ Et
 hoc modo semper in cordibus nostris clarum il
 lud speculum sine macula portare debemus, &
 hoc adeo vigorose intrahere in omnia membra
 ac sensus nostros, vt neque oculi, neque cor nos
 strum quasuis alias imagines recipiant, per quas
 occupari aut medium aliquod recipere cor nos
 strum possit. Et sic nihil nos attingere poterit, ni
 si prius per hanc crucifixam imaginem Christi
 ad nos perueniat, qui omnia membra nostra ad
 sensus nostros per sese introduxit, per reparatio
 nem videlicet salutis nostræ, quicq; paratissimus
 est ad portandum vna nobiscum, quicquid eius
 causa nobis acciderit, si nos eius passionem in
 tra nos portare studuerimus. Hoc igitur modo
 in corde nostro et in exteriori homine nostro ima
 ginem

LIBER I.

ginem Christi circumferre debemus. ¶ Porro, in interiori homine, id est, in anima nostra gestare debemus illum incomprehensibilem amorem, quo anima Christi repleta erat, & per quem tot tamque innumera bona operatus est. Porro, in omnium intimissimo homine nostro, id est, in summa ac superessentiali portione spiritus, portare debemus nudam illam ac abyssalem diuinitatem & diuinæ essentiae unitatem, in qua omnes thesauri diuinitatis sunt inclusi. Et tunc interior homo noster amore repletur, & in omni virtute exercitatur, atque exterior homo cum vitijs & concupiscentijs crucifigitur, & ad omnes poenitentias extenditur, & sentire per passionem incipit passionem domini nostri, & quicquid fuit in Christo Iesu. ¶ Quando igitur sic dispositus est homo, tunc in recto itinere & in recta via, id est, in Christo Iesu est constitutus, qui est via salutis nostræ, in qua quisquis ambulat, falli non poterit, dummodo sollicitus sit nullo extra hanc viam merito deuiare. Postquam vero anima sic abstracta, & per iugem dominicæ passionis meditationem atque memoriã in unionem charitatis Christi introducta, et in quadã superessentiali libertate inclusa fuerit (quæadmodum tres illæ in beata Trinitate personæ unitæ & in diuina sunt essentia inclusæ) tunc spiritus introrsus rapitur, & in diuina essentia per abstractionem unitur. Ibi tunc diuina claritas spiritum transradiat, & mentem ipsam diuino quodam diademate illustrat, atque radios suos deorsum in inferiorem animæ partem dirigit, per quod animæ ratio simplificatur illuminaturque, & qualiter in via Dei interius exteriusque incedere debeat, edocet & intelligit.

MARGARITAE EVANG.

Vis concupiscibilis purificatur, & trahitur, & irascibilis gratia humilitatis & subiectionis perfunditur, & ad virtutum exercitia roboratur. Conscientia quoque arguitur, admonetur & purificatur, & cor accenditur, & in Deum subleuatur. Ipsum denique corpus ad obediendum spiritui primum atque paratum efficitur, ad currendam instigantis viam Dei, eo videlicet modo, quo Christus dominus praecessit. Sic sic nimirum homo abstractus in Deum transformatur. Quando enim tria haec taliter in vno desiderio, in vno amore & in eadem intentione sunt congregata, tunc liber patet accessus spiritui ad quiescendum in essentia diuina, & ad commorandum in tabernaculo humanitatis suae. Taliter ergo per meditationem dominicae passionis ingredi debemus, quatenus de caetero nunquam exeamus. Sed istud modernis temporibus perrarum est & insuetum. At tamen dominus ait: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Quia enim tam pauci ingrediuntur, idcirco in via Dei tam multi deficiunt. Sed istis in hora mortis ipsorum difficilis nimium ac deserta quaedam via pandetur. Quod autem tam multi istis temporibus in errores varios, & in ipsum quoque infidelitatis vitium labuntur, inde potissimum fit, quia fundamentum suum interius & exterius in Christo Iesu non posuerunt. Et quidem multi sunt, qui dominicam passionem ab exterioribus intuentur atque recogitant, sed ab intra fundus ipsorum imaginibus atque creaturis vanis est depictus atque obsessus. Et ideo pauci sunt, qui eam veraciter induunt, & in ea commorantur, eamque pro posse sequuntur.

Quo

LIBER I.

Quomodo in infirmitate nostra turbari
non debeamus. Cap. XXXVII.

FIT sæpenumero, vt quoties nos diuina
adiuuante gratia, ab omnibus rebus creatis
auertentes introrsum conuertimus, tunc ve
hementius a propria infirmitate ac pusillanimitate
nostra tentemur. Cuius profecto causa est,
quia viuam fidem non habemus, & nõdum ve
ram discretionem edocti sumus, quõ videlicet
ipse Deus in animæ imagine existit, & tam forti
ter vnitus, vt inde neq; velit, neq; possit separa
ri. Ipse enim est vita animę, nutrimentũ spiritus,
& cõseruatio corporis, cõtinue sine intermissiõe
nos trahens & admonens, vt a malo recedere et
bonis actibus incũbere debeamus. Si ergo me
diante gratia sua ad omne bonũ nos ex integro
cõuerterimus, tunc ipse est fortitudo nostra, insti
tutor ac director noster in omni virtutũ profectu
secundum suæ perfectissimæ humanitatis exem
plũ. Eam nanq; ob causam in anima nostra ipse
se vniuit, quod eius esse vult auxiliator ac prote
ctor, cõsolator atq; redemptor, nec vnq; eam de
serere. Quantũlibet enim mirabiliter atq; anxie
anima sit affecta & in quoscũq; defectus labi e
am cõtingat, si de eis ex corde doluerit, libenter
ei cuncta vult ignoscere, & sinum ei misericor
diæ suæ aperire. Nequaquã ergo timere debemus,
posse nos Deum extra nos eĩcere, cũ sit ipse vi
ta animæ nostræ. ¶ Attamen pro quanto anima
per peccata, et amorẽ labentium creaturarũ in
ter se atque Deum mediũ constituit, & pro quan
to illæ animã possident & cor occupãt, pro tan
to Deum cum amore atque gratia sua cedere o

G iij portet.

MARGARITAE EVANG.

portet. Ipsam vero imaginē & simplicē animā
 essentiā nihil ingredi, nihil attingere potest præ-
 ter beatissimā Trinitatē, q̄ in ea in perpetuū per-
 manere, & inde nunq̄ vult recedere. Et ob hoc
 anima, vel it nolit, perenniter viuet, & vel æter-
 na gaudia, vel sempiterna tormēta percipiet. O
 q̄ ingens est animæ solatiū, habere intra setam
 preciosissimū thesaurū, & tam fidelissimū ami-
 cū, quē ei nemo auferre possit. Quis enim in hac
 vita adeo fidelē assecutus est amicū, a quo nō de-
 beat saltem interdū separari, siue quē non quan-
 doq; rādio afficiat vel offendatur? Ipse vero De-
 us nullo vnq̄ tempore animam vult deserere, si
 tamen ipsa velit. Quantū enim anima seipsam
 introuertit, & Dei præsentiam obseruat, tantum
 etiam gratia ipsius repletur, facitque in ea Deus
 thronum suum, sedile atque instrumentū. Et per
 sanctissima Christi merita facit eam vnū cum
 Christo Iesu fruētem, agentem & patientē. Fru-
 entem, quia videlicet mens in Deum est suspen-
 sa in quadam tranquilla atq; pacifica vnione, et
 tunc mens in Deo clarificatur in diuina liberta-
 te, atq; animam Deus vndiq; lumine suo circū-
 dat & illustrat, omnes in ea virtutes operans, vi-
 resque ei subministrans, quo corpus suum sub-
 dere spiritui possit. Vnde fit, vt anima omnem
 sui contemptum atque pressuram intus quidem
 hilariter, & exterius patienter ferat, quo melius
 potest. Et sic totus homo in recto Dei itinere est
 constitutus, nec vlla deinceps eum pusillanimi-
 tas opprimere poterit, eo quod supra firmam pe-
 tram Christū innititur, habens impressam sibi
 crucifixā imaginē eiusdem dñi nostri Iesu Chri-
 sti, qui est clarū illud speculū sine macula. ¶ **Quā**
 ergo

LIBER I.

ergo in hanc viam Dei homo directus est, tūc nā mirum in præcipua felicitate sua est constitutus. Si vero vel tenuiter vllum aliquod membrum suum extra hanc viam ab imagine Christi protenderit, ibi statim maculatur. Sunt autem hominis mēbra, de quibus hic loquor, ipsa anima cū omnibus viribus atq; affectionibus suis, & corpus cū quinq; sensibus suis. Quæ oīa, nisi in Deo permaneant, nobilitatē suam amittunt, & illuminatione atq; cooperatione spiritus sancti spoliantur, & vitijs atq; peccatis fœdantur. Memoria nanque fit instabilis, intellectus obfuscat, volūtas in amore fit segnior, vis concupiscibilis impura redditur, rationalis fit expers simplicitatis, irascibilis turbulenta & impacata efficitur, cor inquietatur, cōscientia grauat, qnq; sensus dissoluuntur, & corpus indisciplinātū & immōdestum efficitur. Et sic cunctis virtutibus homo spoliatur, ita vt vix persuaderi sibi possit, habitare intra se Deum. Putat autem, quod eum extra se eiecerit, quod tamen nullatenus vel ad momentum fieri potest. Quod autem in quibusdam scripturæ locis Deus ab anima peccatis consentiente recedere dicitur, hoc non secundum literam, sed secundum spiritum literam viuificantem intelligendum est. Est enim Deus in fundo animæ, & propter hoc ipsa in perpetuum viuet. Si vero vel ad momentū Deus ab anima recederet, confestim eam in nihilū redigi oporteret, nec posset vitā ministrare corpori suo, nec pro peccatis agere pœnitentiam. Attamen quoties in mortale peccatum labitur, spiritaliter moritur. Primo ab omnibus bonis, quæ toto vitæ suæ spacio peregit. Secundo ab oībus illis,

G iij quæ

MARGARITAE EVANG.

quæ vnigenitus Dei filius pro nobis in terra fecit et pertulit. Tertio ab omni charitate atq; gratia Dei. Per peccatum namq; mortale diuinę in actioni obstaculum ponit, prohibetq; eum, ne pro voto suo atq; desiderio gratiã ei spiritus sancti infundere possit. Attamen illis non obstantibus, pius dominus nunq; cessat admonere hominẽ, quãdiu spirare potest, quantũuis magnus peccator existat. Sęper enim arguit consciẽtiã Deus per illuminationẽ suam, videlicet per illã nobilem scintillam, quã synderesis appellatur, quæ est vis quẽdã diuina, gaudiũ semper atq; pacem & amorẽ boni largiens homini, & disciplinã atq; remorsum de peccato. Iacet autẽ hac præclara scintilla in anima abscondita, cineribus peccatorũ immersa & obuoluta, ita vt diuinus ignis nequaquã in anima lucere possit. De qua dñs ait: Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo, nisi vt accendatur? Iste ignis est diuina charitas, per quam sese Deus vniuit in anima, qñ eam creauit, & cũ baptizata fuit, tunc ardebat atq; lucebat in ea lux diuina. Quãdo vero peccatis se fœdauit, flamma diuinę charitatis in ea refriguit & obfuscata fuit. Sed quia voluntas Dei est, vt ardere & lucere in ea debeat ignis iste, ideo semper arguit & admonet eam, tanquam iudex de sua inordinata dissolutione, & de tepida atque negligenti conuersatione sua, ita vt tandẽ compuncta cum Dei adiutorio studiose vitijs suis reluctetur, totamque se conuertat ad exequendum in omnibus beneplacitum Dei sui, & ad obseruandũ sollicitè per cõtina exercitia fundum suum. ¶ Sed tamẽ ex infirmitate & praua cõsuetudine adhuc sæpius cadit, vñ mox cõsternatur, ita in-

LIBER I.

Ita intra se cogitans: Nequaquam istiusmodi uiuendi molus mihi deseruire poterit. Melius est, ut hinc citius me auertam. Ecce enim modo, dum sic viuere instituo, peior sum quam vnquam ante hac fuerim. Et hoc inde euenit, quia prius peccata sua parui faciebat. Et quia ex ista tam interiori quam etiam exteriori pugna saepius vulneratur, modo per impatientiam, modo per pusillanimitatem, inde iam statim timere incipit expulisse se peccatis suis extra se Deum suum, unde consequenter varij in ea timores & tremores oriuntur, & iam pene nescire incipit, quo se vertere debeat, aut quonam pacto ad Deum peruenire possit. Horum autem omnium causa est, tum infidelitas, qua non credit intra se Deum existere, tum etiam negligentia diuinum implorandi auxilium, Deumque inuocandi, qui se ad hoc nobiscum vniuit, quia nos omni tempore libentissime velit adiuuare. ¶ Quapropter si vel septuagies septies in die nos cadere contingat, omnino totum paratus est remittere, si cum amore atque contritione ad ipsum fuerimus conuersi. Mites enim, Psalmista testante, docebit vias suas. Amorosa nanque talis ad Deum conuersio omnem peccati amaritudinem & omnem animi tristitiam depellit, & eleuat atque confortat animam gaudio quodam in omni virtuosa actione. Beatissima Maria Magdalena quia multum dilexit, multa quoque peccata dimissa sunt ei. Fides tua, aiebat illi dominus, saluam te fecit, vade in pace. Beati (inquit iterum alio loco idem dominus) qui me non viderunt & crediderunt. Et Marthae ait: Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et ois, qui

G v uit

MARGARITAE EVANG.

uit et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; dñe. Dixerat ei dñs: Qui credit in me, etiãsi mortuus fuerit, viuet, id est, etiãsi spiritaliter in peccatis mortuus fuerit, credat me esse intra se, & conuertat se totaliter ad me, et in tus me alloquatur & dicat: ¶ Credo in Deũ. O amabilissime dñe Deus meus, ne quãlo sis me- mor iniquitatis meę. Ecce enim infirmus sum dñe, et q; peccaui, infirmitas mea est. Quapropter oro te dñe, ignosce mihi, & in amore ac gratia tua cõforta me, ab omni iniquitate custodi me, & quic qd mediũ aliqd inter te & me facere possit, lōge fac a me dñe Deus meus, quatenus pacẽ atq; gau diũ in me habere possis. His aut similibus ver- bis alloquatur dominũ, & nequaquã reuoluat peccata sua & mala, in qbus quãdoq; fuit. Nam quanto sapius immunditiã quãlibet euertũtur, tanto magis foetent. Et ideo statim introrsum fugere debemus ad ipsum fontem misericordię, dominum Deum nostrum, & ipsum suppliciter orare, quatenus animam nostram vitijs destru- ctam atque deformatam mundare, eiusque san- nare vulnera dignetur, nobisque misericordi- ter indulgeat per preciosum thesaurum ama- rissimã passionis suã, quicquid mali admisi- mus, nosque idoneos faciat, quibus munera gra- tiã suã largiatur. ¶ Si vero quandoque vi- detur nobis, quod in orationibus nostris non statim a domino exaudimur, hoc ipsum nos tur- bare non debet. Ipse enim interdum fingit se longius ire, vt amplius inuitetur, imo & coga- tur, quemadmodum eum fecisse cõstat duobus illis discipulis in Emaus euntibus. Vel etiam dormire se simulat, quatenus rogetur & inuocetur,

LIBER I.

tur, sicut in sancti Petri nauicula fecit clamantibus ad ipsum: Dñe adiuua nos, pimus. Talia quã doq̃ permittit dñs, & se quali abscondit, quatenus in vera fide & abnegatioe amplius probati, & in amore fortiores ac puriores efficiamur. Attamen & ob hoc quandoq̃ pro voto non exaudimur aut consolamur, quia neque nos ipsum audire volumus, & quia aliena solatiuncula admisimus, vel etiam quia eius in nos inactionem impediimus, aut minus diligẽter fundũ nostrũ obseruauimus, aut q̃a corde distracti, sensibus in disciplinati, vel in moribus nostris inordinati & importuni nimium fuimus vel etiam sumus, aut quia negligentes in his, ad quã tenebamur, extimimus, & de his omnibus necdum veram notitiam & dolorem habemus. Est ergo summe necessarium, vt diligenter fundũ nostrũ perspiciamus ac discutiamus, & seuerè iudicemus nos ipsos, Deum feruenter oremus, vt fundum nostrum illuminare, & nobis defectuum nostrorum veram cognitionem & dolorem donare dignetur, nosque adiuuare, vt eos plene confiteri atque emendare possimus, vt sic in charitate & gratia ipsius viuere ac mori valeamus, qui est summũ bonũ, consolatio, refugiũ atq̃ redẽptio nostra.

Qualiter in imagine Christi nos continue velut in speculo contemplari debeamus.

Cap. XXXVIII.

Proinde quisquis optat perfectã atq̃ internam vitã assequi, illi iugiter conseruanda est in anima vnio cum Deo, & inibi in vulnere cordis ob oculos animæ cõtinue versare debet speculũ sanctissimæ humanitatis suę. Nõ em̃ potest

MARGARITAE EVANG.

potest in anima lucere Deus, neq; operari in ea, neque agere vel mouere eam, neque gaudium ee libertatem vllam habere in ea, nisi per speculū humanitatis suæ, per quam ipse nobis promeruit, quod in nobis vnio diuina perfici possit, qui in omnibus erat obscurata hominibus, ita vt nullatenus agnoscere possent, quam proprie & quam nobiliter habiter in qualibet anima Deus. Nam quamuis Deus animam adeo nobilem condiderat, & beatissima Trinitas suum ei sigillum impresserat, lumenque vultus sui ei infuderat, & spiritum vitæ in ea vniuerat ad perpetuum in ea permanendum, ista tamen nequaquam intra se homines deprehendere, neque agnoscere poterant. Quam ob causam Deus homo fieri dignatus est, vt per merita suæ sanctissimæ humanitatis nos emundaret, & omnes animæ vires reformaret, atque hominem in Deum reduceret per speculum sanctissimæ humanitatis suæ. Constat autem quia nemo in speculo seipsum rite contemplari potest, nisi ipsum speculum sit pice linītū: ita plane nec anima seipsam debite in speculo beatissimæ Trinitatis intueri & agnoscere potest, nisi adiuncta pice sanctissimæ humanitatis suæ, in qua omnium lucidissime beata Trinitas relucet. ¶ Sed quia iam sæpe speculi mentionem fecimus, libet hic eius conditiones aliquot breuiter recensere. Sunt autem quatuor conditiones speculi, quas habere debet, vt sit vere speculum. Prima est, quod speculum est vitrum purum figuræ sphericæ siue rotundæ, in quo neque fundus aliquis, neque finis vllus videri potest. Secunda est, quod sub ipso vitro nigra pix appositā est. Tertia est, quod asseri quadrato & angulāri

LIBER I.

ari est impositum & affixum. Quarta est, quod ad parietem domus siue cubiculi suspenditur, & ita suspensum iam idoneum est homini se in ipso contemplanti indicare maculas ac impedimenta, non faciei tantum, sed etiam totius corporis, & quicquid in eo deforme est, quod vel mundo vel eius amatoribus displicere possit.

Qui tamen quanto magis hominibus placet, tãto amplius Deo displicet; & quo studiosius exornat corpus suum, eo deformiorem reddit animã suam. Ab extra quidem in speculo se contempletur & mundat, animã vero suã atque conscientie speculum abstergere & purgare negligit & recusat. Ideoque interius tenebrosus, & sibi ipsi manet incognitus. Et sane valde dolendum est, quod princeps tenebrarum diabolus adeo speciosas creaturas possidet, & secũ captiuas & vinculis peccatorum irretitas & circumligatas abducit. ¶ Sed quã de speculo & mundi amatore iam dicta sunt, nos ad instar apìs mel atq; spiritali refectioem inde colligere volentes, unde miserimi huius mundi amatores peccati venena colligunt, iam spiritaliter explicabimus.

Primo itaque iuxta spiritali sensum per virtũ intelligitur pura, incomprehensibilis, infinita & abyssalis diuinitas, quã seipsam intuetur, seipsam cognoscit & diligit, & seipsa fruitur in speculo suã supersanctissimã Trinitatis in essentia simplicitate. Secundo per nigram picem eius p̄clara ac humillima signatur humanitas, quẽ per diuersas contumelias & confusiones, quas ex amore humiliter sustinuit, nigra & abiecta humanis oculis exterius videbatur. Quã nihilo minus instar picis ardore diuini amoris est liquefacta, & mollifi-

MARGARITAE EVANG.

& mollificata, eiq; lucidissimū illud speculū sanctissimæ Trinitatis impressum est atque unitū. Tertio per asserem quadratū sanctā crux intelligitur, cui patētissima ac mitissima pix ista, humanitas videlicet Christi, et speculū beatissimæ Trinitatis, affixa fuit, & in eadē eleuata & alte suspensa, quatenus omnes in ea homines sese velut in speculo cōtemplarentur, & omnes a se vitiorum maculas abstergerent, vt sic omnipotenti Deo placere mereantur. ¶ Per istud nanq; speculum totus est mundus illuminatus, & caliginosa nox ignorantia versa est in claram diem scientia. Per istud speculum cæci visum, & aegroti sanitatem recipiunt. Nec enim vlllo pacto speculum istud vnquam obscurari potuit. Quin potius in maxima sui confusione lumē istud & clarissimū speculū nequaquā lucere desijt. Et quādo ipsum ab incredulis inhonorabatur, omnes creaturæ contristatæ & ad compassionem motæ fuerunt. Per istud speculum illuminabantur omnes, qui in tenebris et in vmbra mortis sedebant. Istud speculum apparuit, & seipsum in humanitate sua manifestauit & ostendit dulcissimæ virgini Mariæ matri suæ, & omnibus charis amicis suis, & eos consolatione simul atque gaudio repleuit. Per hoc speculum humana natura reformata est & subleuata, fides illuminata atque instructa, spes per gratiam ipsius roborata, & charitas in eius dilectione vnita & accensa. Istud (inquam) speculum eleuatum est atque reclusum in camera sanctissimæ Trinitatis, in quo seipsum iugiter sine intermissione cōtemplatur summum atque præcipuum bonum, & in seipso per amoris complacentiam iucunda-

cunda-

LIBER I.

candatur, atque in omnibus creaturis laudat se-
ipsum de omnibus illis, quæ per humanam na-
turam a se assumptam est operatum. In his exul-
tant omnes sancti & angeli, et omnes beati spi-
ritus in perenni laude & gratiarum actione, & ibi se
ipsum offerunt in diuinum illud speculum, quod
iugiter contemplantur, & se in Deo & Deum
in seipsis cognoscunt, qua felici contempla-
tione pascuntur & satiantur, perpetuam nihilo-
minus esuriam ob ardentissimum & insatiabi-
lem amorem habentes. Extra istud diuinum spe-
culum nec ad momentum diuertunt. In ipso nan-
que cognoscunt et vident, quicquid ex Deo e-
manauit, & omnia quæ per diuinam pariter ac
humanam naturam suam beatissima Trinitas
est operata, et quicquid actu operatur & dein-
ceps operatura est per omnes creaturas, in o-
mnibus amorosis spiritibus, et in omnibus mun-
dis, feruidis atque deuoris coribus. Istud est fe-
licissimum contemplationis obiectum omni-
um beatorum, tam hominum, quam angelorum,
et beatorum spirituum, quod ipsi insatiabili de-
siderio in diuino speculo contemplantur, vbi De-
um in diuina pariter et humana natura vident
et cognoscunt, non iam per speculum in enigma-
te, sed facie ad faciem, hoc est, fruendo contem-
plantur atque diligunt Deum in intima sui spiri-
tus essentia in facie animæ. Vnde Deum totaliter
in sua habent potestate, et hoc ipsum contem-
platur, atque fruuntur ipso singuli in seipsis.

Qualiter aia huic speculo iugiter debeat in-
tendere, et in medio diuinitatis atque nobili-
ssime humanitatis habitare, Ca. XXXIX.

Istud

MARGARITAE EVANG.

Istud igitur speculum continue ab oculos ver-
sare debemus, nec vlllo vnquam tempore il-
lud non circumferre. Quando enim nos extro-
uertimus, ad præclaram ac venerabilem eius hu-
manitatem conuertimur, quæ & quanta pro no-
bis sustinuit, attendentes. Et sic immobiliter fixi
stamus inter diuinitatem & humanitatem, & in
eis nos ipsos contemplamur, ac si inter duo esse-
mus specula cõstituti, in quibus defectus & ma-
culas nostras intueremur. Et quidem in diuinita-
te contemplamur, quam pure, simplex, immobi-
lis, amorosa ac diuina extet essentia illa, ex qua
nos emanauimus, & qualiter eadem ipsa diuina
essentia se nobiscum vniuit, & intra nos per di-
uinitatem existit. Debemus ergo nos dulciter in
eam inclinare, & in ea permanere, nec vnquam
inde egredi, idque per merita sanctissimæ huma-
nitatis sue. In humanitate vero quasi in speculo
contemplari nos debemus & aspicere, qualiter
ipse vixit, & quali nos ipse via præcessit. ¶ Pro-
inde sicut in diuinitatē supra & extra nos ipsos
per amorem proficimus, & inibi in nuda ac es-
sentiali spiritus paupertate consistimus, non ali-
ter quam si in dulci ac amorosa illa diuinitatis
essentia nos ipsos perdidissemus, parati semper ex-
istentes ad perficiendum siue tolerandum, quic-
quid nos agere siue dimittere vel etiam pati De-
us voluerit, ita nimirum ab extra in eius declina-
re sanctissimam humanitatem debemus, quate-
nus eo modo componamus animam & corpus
nostrum, quo ipse composuit suum, videlicet in
apparatu, in moribus, in eundo, in stando, in lo-
quendo, in tacendo, in iacendo, in sedendo, in dor-
miendo, in vigilando, in agendo siue dimitten-
do,

do, in comedendo & in bibendo, & sic iugiter ob oculos habere studeamus imaginem Christi, quatenus secundum illā nos dirigere valeamus. Istud autem si in nobis perfici debet, Deū ipsum hoc in nobis operari oportet. Porro ad hoc, ut Deus in nobis operari dignetur, & ab ipso ex hac sensuali ac bestiali vita in vitam spiritalem, & e vita spiritali in vitam deiformem transferri mereamur, ad hoc (inquam) ars quædam necessaria est, quæ est annihilatio sui ipsius.

Qualiter omnis nostra exercitatio debeat esse circa abnegationem, tolerantiam & nihilum. Cap. XL.

VT igitur absque impedimento in nobis opus suum Deus operari possit, nosq; iugiter parati simus agi primo ab ipso et post modum agere & operari pro nobis, utque semper habere possimus nudum, liberum & resignatum fundum, omnis nostra exercitatio in abnegatione, tolerantia & nihilo consistere debet. Primo igitur cum aduertimus Deum in nobis operari velle, aut quando homines aliquid a nobis, quod non sit illicitum, petunt vel exigunt, ibi continuo nos ipsos abnegare debemus, parati implere, quicquid siue Deus siue homines a nobis requirant. Secundo in tolerantia siue patientia exerceri debemus, & primo quidem ut hilariter atq; libenter sufferamus, quicquid nos Deus patitur voluerit, idq; ob suam amarissimam passionem. Hoc namq; Deus vult nos æquanimiter ad extremum vsq; sustinere. Secundo autem penam illam, quam peccatis nostris meruimus, nobis misericorditer

H rela-

MARGARITAE EVANG.

relaxari per suā acerbissimā passionē postulabimus, per quā copiosissime omne debitū nostrum ipse persoluit, & satisfecit pro omnibus, q̄ id desiderant, & cū fiducia bonoque proposito sese ad ipsum cōuertunt. Nos em̄ omnibus passionibus nostris neq; minimā purgatorij p̄cēnā exolvere vel expiare possemus, neq; minimū æternę vitę gaudiū promereri, nisi per merita passiōis Christi nobilitentur. Quod inde satis liquet, quod ante mortē Christi nemo quantūlibet perfectē vitę æternā potuit vitā adipisci. Prima igitur crux illa, quā nos vsq; ad extremū sustinere vult dominus, ista est. Quādo ipsum sequi & libenter aliquid boni agere vellemus, hoc nobis ille antiquus diabolus (qui ab initio mūdi semper omne bonū impedire conatus est) inuidet, diuersosq; dolos ac technas meditat, & varios atq; subtiles laqueos tendit, quibus nobis taliter affectis multa grauamina & diuersas afflictiones ingerit, quatenus nos a bono proposito resilire faciat, ne in illo perseueremus. Sed ob hoc nequaquā cessare debemus, quantumuis magis grauamina aut afflictiones inde super nos venire sentiamus, sed semper in dño sicut mons Sion consistere discamus. ¶ Tertio semper in quadā nihilitate stare debemus, sicut aliquis, qui nihil habet, nihil potest, nihil scit, nihil p̄ualet. In isto sicut dem nihilo tota salus nostra consistit. Si igitur in illud nihilū denuo redire velimus, in q̄ eramus, quādo necdū creati fuimus, liberę arbitrium nostrum (q̄d nobis adeo liberę Deus cōcessit, vt nemo illud cogere possit, & Deus illud cogere nolit) rursus in Deū projicere debemus, vt tã libere pro arbitrio suo nobis vti possit, quō tūc vtipoterat,

LIBER I.

poterat, quando adhuc in ipso increati eramus. Tūc sane nihil potuimus, nihil p̄ualuimus, nihil desiderauimus, nullo indigebamus. Si ergo voluntatē nostram itē in Dei voluntatem proijcimus, nihil profecto possumus, nihil p̄uaemus, nulloque indigemus. Nostræ enim voluntatis oblitū, eandem in Dei voluntatē transfundimus.

¶ In hoc nihilo, vt iam dictum est, omnis nostra salus consistit, & ex ipso omnes virtutes oriuntur, vt pote vera humilitas. Quæ enim maior esse potest humilitas, quam nihil esse? Quod em̄ nihil est, extollere se non potest. Vera resignatio. Qui enim nihil habet, omnia dereliquit. Vera essentialis paupertas. Quid enim nihilo est pauperius? Sic nimirum ex hoc nihilo omnes virtutes oriuntur. Cum ergo pro aliqua virtute assequenda laboro, bene quidem ago, sed essentialiter illam virtutem obtinere non possum, nisi me in istud nihilum proijciam, & ibi habitem supra omnem illius virtutis indigentiam, & naturaliter ipsa virtus efficiat. ¶ Porro, si ad istud nobile nihilum pertingere, & nihil fieri velim, necesse est, vt nihilum, id est, anima mea, cum nihilo, id est, cum Deo nihil fiat. Nam & ipse Deus nihil est omnium eorum, quæ de ipso verbis eloqui possumus. Sic ergo in eius amore proficere debemus, vt cuncta nobis creata nihil fiant, & sic eius diuinitate repleti, vt inde nec minimum bonum proferre possimus, quatenus sic in nobis Deus totaliter fiat innominabilis, vt omnino nihil, imo plusquam nihil esse sentiamus, quicquid nobis de ipso dici potest. Et omnem interiorem actionem postponentes, in diuinæ nos essentia punctū proijciamus,

H ij ita vt

MARGARITAE EVANG.

ita vt nunquam inde reuertamur. Ibi tunc essentia ab essentia cōprehenditur. Ibi nihilum, id est, Deus a nihilo, id est, ab anima inuenitur. Ibi nihilum, id est, anima, a nihilo, id est, a Deo inuoluitur. Ibi demū nihilum a nihilo absorbetur. Hic habitabo, quoniā hęc requies mea in seculum seculi, & sub ymbra illius sedebo. Et ego quidē ingrediar, Deus autem egredietur. Ego tacebo, et Deus loquetur. Ego quiescam, et Deum operati sinam. In hac paupertate, & in hoc nihilo, qđ videlicet nihil sumus, si nos ipsos recte iudicamus, verę Dei diuitiæ cōsistunt. Nō fecit Deus taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Pascam igitur oues meas in iudicio & in iustitia. Ex hoc nanq; iudicio, quo nos ipsos pro nihilo reputamus, & ab intra ad iudicium Dei conuertimur, in eius iudicium nequaquam incidimus, sed in ipsam iustitiam transformamur, & ex vnitate diuinę essentię pascimur, quę profusus est innominabilis prę effluenti bonitate, cuius fundum nemo attingere potest. Et ideo non fecit taliter omni nationi. Multę siquidem nationes transierunt, quę se ipsas in veritate non iudicarunt, et coram diuino iudicio non ambulauerunt, nec se ipsas in nobilem illum fundum introuerunt, vbi se ipsas exire & abnegare, & in diuina vnitate in nihilum redire, & soli duntaxat veritati viuere debuissent.

De decem punctis, quę his, qui amplius proficere & Deo placere desiderat, assequi conari debet, quibus & nihilum illud fusius explicatur.

Cap. XLI.

Primo,

Primo, quicumque veraciter proficere voluerit, ad hoc conetur & omni diligentia id obtinere sataget, ut seipsum, quantum potest, omnium hominum vilissimum reputet, cunctisque beneficijs Dei indignum, utque sibi ipsi displiceat, & soli Deo placere appetat, & a cunctis hominibus, quantum vis se humiliet, non humilis, sed vilis reputari desideret. Inde tunc bonitatem Dei agnoscat, quod videlicet hominem tam vilem (qui ad deo pronus est ad omne malum, & tardus ad omne bonum) tam pie tanque benigne suscipit. Nec iam pro magno ducet, quod ipse Deo seruit, sed hoc vel pro maximo reputabit, quod Deus ipsum in servum suum assumere dignatur.

¶ Secundo, propter nullam rem, nisi duntaxat propter peccata sua contristari debet, & propter ea quae ipsum ad peccata pertrahere, & a bono retrahere nituntur. In tribulationibus suis, & in iniurijs ac vexationibus, quae ei inferuntur, gaudebit, eosque qui talia inferunt, ex corde diligere, & pro eis specialiter orare, & Deo pro aduersitatibus huiusmodi immensas referre gratiarum actiones, & se imperfectum & talibus ac tantis Dei beneficijs indignum confiteri debet. Quem enim diligit dominus, hunc arguit & castigat, & tribulationes & aduersa quaelibet citius nos ad Deum ire compellunt. ¶ Tertio, propter Christum omnem amare paupertatem debet, & de rebus temporalibus nihil praeter strictam necessitatem usurpare, nec alias quouis modo desiderare. Sed Christo Iesu capiti nostro se conformare studebit in paupertate et omnis corporalis solatij contemptu. Quanto ergo ditior est & abundantior in solatio corporali, tanto inti-

H iij mius

MARGARITAE EVANG.

mius & cordialius dolere debet, cōsiderans se tāto amplius a Dei adhuc similitudine distare.

¶ Quarto, in bonis operibus, quæ non sunt contra Deum, potius alterius q̄ suam facere voluntatem debet, maxime in externis operibus. Semper em̄ summo studio propriam abnegare, & alterius voluntatē in omnibus licitis rebus p̄ficere conabitur, & hoc q̄dem omnibus hominibus exhibebit, singulariter tamen & maxime superiorum suorum voluntati obtemperabit cum intimo cordis affectu et promptissima voluntate, quicquid ipsi voluerint, exequendi. ¶ Quinto, nullum hominem, quantumvis miseræ & infelicem, contemnet, sed ad omnes dulci quodam affectu tangetur, & interiori ad omnes cōpassionem habebit, sicut pia mater vnico filio suo compatit̄, cuius omnem dolorem & tribulationem suā esse reputat. Omnium hominum miseriam, suam esse credet, & vnicuiq; pro posse subuenire studebit. Pauperibus honorē, subsidiū & reuerentiam exhibebit tanquā patronis ac patris. Ipsi em̄ sunt, q̄ recipiēt nos in æterna tabernacula. ¶ Sexto, de occultis peccatis neminem iudicabit, eo quod ignorat, q̄ gratia Dei intus in anima operetur. Si quem vero ex certis indicijs peccatorē esse scit & agnoscit, de illius peccatis plus contristari ac dolere debet, q̄ de morte proprii corporis sui, cogitabitq; animam illius, quæ per peccatum letaliter vulnerata est, oībus totius mundi corporibus esse meliorem. Si ergo corpus meum a mortis periculo sollicitè custodire habeo, quanto magis conari debeo pro posse meo a peccatis abstrahere proximum meum, deuotis orationibus, pijs exhortationibus & bonis exemplis.

LIBER I.

plis. ¶ Septimo, virtutes alterius non minus quam suas amabit, & sicut mater de filij sui virtutibus lætatur, ita et ipse de omnium hominum, maxime eorum, qui spirituales sunt, virtutibus ac profectu gaudere debet, & ita sollicitus erit pro accumulandis proximi sui virtutibus, sicut pro suis. Et bona quælibet siue virtutes, quas ipsum obtinuisse & affectum esse deprehendit, in corde suo sublimiter extollet, & semper de ipso plures ac maiores virtutes præsumet, quam in ipso notare possit. De temporalibus quoque bonis ipsius intime gaudebit. ¶ Octavo, nullum amare debet, nisi Deum vel propter Deum, ita ut in omnibus pure Deum absque socio diligat, & quemlibet proximum suum in Deo, ita ut neque sanctitas, neque munera quælibet ipsius se ad ipsum trahant, sed omnes homines communi charitate diligere, & omnes homines ad Deum ducere ac trahere conabitur. Nihilominus pro benefactoribus suis specialiter orare potest, & præsertim pro parentibus suis. ¶ Nono, in cunctis, quæ agit, operibus suis, in corde suo Deum iugiter habere debet, nec quicquam aliud quam Dei honorem intendere siue quærere, & semper diligentissime conabitur Deum præsentem cognoscere, ac si eum in essentia sua præsentialiter intueretur: eumque reueretur & ei honorem exhibebit, ut sic ardentissimo amore in ipso accendatur: & hic taliter Deo frui studebit, ut in nullo alio præterquam in solo Deo requiescat. ¶ Decimo, semper gratias agere debet atque laudare & benedicere Deum de omnibus sibi ab ipso collatis beneficijs et specialiter de his

H iij tribus.

MARGARITAE EVANG.

nibus. Primo, quod se ad imaginem & similitu-
 dinem suam fecit. Secundo quod naturam ipsi-
 us assumere, & pro eo mori dignatus est. Ter-
 tio, quod in venerabili sacramento se illi in ci-
 bum præbet atque potum, & post hanc vitam
 in præmium sempiternum. Diligentissime igitur
 conari debet in hoc seculo constitutus, ipsum in
 cruce contemplari, & eius in corde suo amarissi-
 mam passionem iugiter circūferre, ipsiq; tam af-
 fectuose cōpati, quasi omnia illius vulnera in suo
 corpore sustinuisset, & cordialiter inde cōritari
 atq; dolere debet, q; ineffabiles illi cruciatus, q;
 ad multos, sine fructu erunt. Diligenter quoq; cō-
 siderabit, qualiter seipsum in altari dedit in cibū
 ac potum habentem in se omnis saporis suauita-
 tem pro vniuscuiusq; desiderio, & cum amoro-
 sissimo desiderio in ipso delectando clamat ac di-
 cat: **O** dñe Iesu Christe, qui es panis vitæ, di-
 gnare me ita satiare in te, vt nihil præter te so-
 lum esuriam, dignare me ita inebriare preciosis-
 simo sanguine tuo, vt nihil sitiam præter te solū
 dominū meum. Custodi domine cogitatioēs me-
 as, ne eas caligo terræ operiat, neve a te sole iu-
 stitiæ separentur. **Denique** gloriosissime Dei
 genitrici omnem, quam potest, exhibebit reue-
 rentiā, dicēdo: **O** bone Iesu, digneris quæso mihi
 peccatori tantā gratiam conferre, quatenus bene-
 dictā matrē tuam tā digne tamq; reuerēter hono-
 rare valeā, sicut me facere æquū est & tibi placī-
 tū. Et tu o benignissima virgo Maria, dignare
 mihi impetrare hoc a bñdicto filio tuo, vt me to-
 taliter ac fidelissime valeā eius seruitio mācipa-
 re, vtq; vobis iugiter sim obediēs ac subiectus
 simul cū oībus mūdīs ac deuotis cordibus, & p
 tuam

etiam benignitatē perpetuo vobis assistere me-
reor, Amen. In his igitur prædictis decem pun-
ctis exerceri cures, o anima, si quid in hac vita
de gloria vitæ perpetuæ prælibare velis.

Adhuc de abnegatione, patientia & amor-
re. Cap. XLII.

Quisquis in Deo veraciter esse sapiens
voluerit, ille prius in seipso stultus om-
nino fiat. Si enim animā tuam saluam
facere volueris, o homo, prius illam totaliter per-
dere debes. Qui enim perdit animam suam pro-
pter Deum in hoc mundo, in vitam æternā cu-
stodit eam. Disce igitur teipsum abnegare, disce
pati & amare, & sic poteris æternaliter Deū tu-
um impetrare. ¶ Primum punctum, quod dixi,
est tui abnegatio. Age igitur disce abnegare tei-
psum, non tantum in exterioribus, carnalibus
ac sensualibus, sed etiam in interioribus ac spi-
ritualibus rebus, in quibus anima vel spūs inordi-
nate regescit siue consolationē quærit, videlicet
in exercitijs spiritualibus, quæ sibi plerique attra-
hunt & assumunt, ut sunt ieiunia, vigiliae, orati-
ones, meditationes, contemplationes, consolatio-
nes, suavitates ac saporis, & magnarum cogni-
tio rerum, esuries & sitis præmij ac æternæ vi-
tæ, desiderium etiā ipsius venerabilis sacramen-
ti ex propria voluntate siue propria quæstione.
In omnibus his & multis alijs, quæ vix enume-
rari possent, & in omnibus spiritualibus rebus,
quilibet suæ delectationi ac solatio, quæ in huius-
modi quæstione, & omni inordinato affectui, quo
illis inhæsit, mori funditus debet & abnegare in-
H v tali-

MARGARITAE EVANG.

talibus semetipsum, ita ut omnis propria quasi
 rio penitus annihilatur, in tantum, ut videatur si
 bi nullū se viliorem, inepiorē, defectuosiore, im-
 tepidiorem, pigriorem & negligentiore in to-
 to mundo hominē superesse. Et ita in seipso an-
 nihilatur. Hic namq̄ voluntas propria, amor pri-
 uatus, propria sapientia, proprius conceptus &
 propria complacentia totaliter perduntur. Et
 quanto istud nihilum profundius est, tanto quo-
 que verius est & securius. Abyssalis namq̄ nihili-
 tas seipsam totam recipit in quandam abys-
 sum, et in hac abyſſo (id est, in Deo) seipsam per-
 dit atq̄ in Deo consumitur, & Deus seipsum in
 huiusmodi hominem demittit in eius viua inte-
 riora, quem anima in se circumplectitur, & ab
 ipso vicissim in se absorbetur. Et tunc homo ta-
 lis in Deum totaliter transformatur, ac si alius
 homo factus esset, sicut & reuera alius effectus
 est. Vuit enim in ipso spiritus sanctus superes-
 sentialiter, sicut in sanctis apostolis. ¶ Secundū
 punctum est pati, id est, ut homo virtuosus exi-
 stat, & cum tranquillo corde sufferre ac tolera-
 re conetur, quanto melius potest, quæcunq̄ illi
 euenerint, siue grata, siue odiosa, siue pro se, siue
 contraria sibi, fortuna siue infortunia, prospera
 vel aduersa, lucrum siue detrimentum exterius
 vel interius, qualitercunq̄ vel a quocunq̄ el
 vel alteri quælibet talia eueniant, quamuis for-
 te sibi minus bona esse videantur, imo etiam si
 vel pessima sibi fore videantur & virtuti con-
 traria, putetq̄ secundum captum atque aestima-
 tionem suam, omnino sibi impedimento & no-
 xia fore (in quātum non per hoc peccato vel ini-
 quita si cōsentit) seipsum mansuete simpliciterq̄
 in Deo

LIBER I.

in Deo resignet, dicens: **¶** En dulcissime domine Deus meus, nihil possum nec praeualeo quicquam, & ignoro penitus, quare ista fieri permittas, quae mihi quidem minus fore bona videntur, sed qualiter ea tu aestimes, me latet. Confido autem divinae bonitati tuae, quod nihil horum sine causa fieri permittas. Quare enim eueniant, tu nosti. Et ob hoc nihil vtilius neque melius fore arbitror, quam ut me simpliciter resignem in potissimum beneplacitum tuum, & ista aequanimiter feram, si ergo taliter propriam prudentiam & iudicium proprium ex vera humilitate, & puro in Deum amore abijcere & exuere poterit, omnia illi (prout beatissimus ait Apostolus) in bonum cooperabuntur. Et in veritate dico, quia nullum inde poterit sustinere vel incurrere detrimentum. Licet enim sibi videatur iuxta suam aestimationem, damnum inde vel impedimentum aliquod incurrere vel sustinere in rebus creatis, quas apud semetipsum assumpsit, quantumlibet etiam bonae videantur vel realiter existant, centuplo amplius in Deo & in vera ac perfecta sanctitate proficiet per humilem illam sui abnegationem atque patientiam. **¶** Tertium punctum est amor. Hic amor nunquam tam sublimiter ac nobiliter exercetur, sicut in duobus illis supra dictis, in abnegando videlicet & patiando. Quamuis enim ad tantum quis amoris fastigium peruenire possit, ut Deum per voluntatis unionem amplectatur, ipse nihilo minus Deus cum omnipotentia sua declinat ac demittit sese in huiusmodi abyssaliter resignatos & patientes homines, & ibi ab anima amorosa amplexatur, et ipsa vicissim a Deo, a qua & totaliter absorbetur. Et hoc modo seipsam
 rotam

MARGARITAE EVANG.

totam perdit in Deo, & per gratiam in Deum transformatur, retinens nihilo minus semper esse suum creaturale, & sic in suum principium atque originem, vnde profluxit, reuertitur. Disce igitur, o homo, abnegare te ipsum, disce pati & amare, & sic Deum tuum æternaliter obtinere.

Qualiter in spiritu, in anima & in corpore annihilari debeamus, & induere dominum nostrum Iesum Christum, Cap. XLIII.

Proinde, si denuo in nihilum redigi, & ipso nihilo immobiliore effici velimus, liberam voluntatem nostram in illud immobile bonum, quod est Deus ipse, iactare debemus, & vti solius Dei voluntate. Et desiderium nostrum in Dei desiderium transfundere, vt nihil aliud desideremus, quàm quod desiderat Deus, & intentionem nostram in intentionem Dei, vt in nullo queramus nos ipsos. ¶ Primo itaque voluntatem nostram in Dei beneplacitum iactare debemus. Quæ est autem voluntas Dei? Profecto, vt sanctus ait Apostolus, sanctificatio nostra. Ipse enim vult omnes nos saluos fieri. Si ergo saluari volumus, voluntatem nostram in sancta sanctorum projicere debemus, & Dei solummodo voluntate agi atque moueri, semperque resignati esse, quicquid ipse in nobis & per nos operari, & quæcunque nos agere, vel pati, siue dimittere voluerit, & cogitare iugiter hoc pacto: Quodnam modo est, o benedicte Deus, potissimum beneplacitum tuum? Placet ne tibi, vt hoc vel illud faciam, siue in cogitationibus, siue in verbis, siue in operibus? Et si tunc senserimus placere Deo, vt hoc vel illud faciamus, orare debemus hoc modo: O be-
nedi-

LIBER I.

nedicte Deus, digneris obsecro in me & per me
 istud operari & perficere. Si vero aduerterimus
 Deo displicere, nec ei fore placitum, cōfestim in
 illo propter ipsum nos abnegare, & nobis ipsis
 mori debemus, quantumuis illud paruum sit &
 exiguum, vt est (verbi gratia) vel semel aliquid
 respicere, vel aliquod verbum iocosum proferre
 vel audire. ¶ Secundo, desiderium nostrū in Dei
 desiderium transfundere debemus, vt videlicet
 nullas delectationes, nullos honores & nullas
 diuitias appetamus neq; desideremus. Quod est
 autem desiderium Dei? Illud sane, vt delectatio
 nes ac delicias suas in nobis habere possit. Ipse
 nanq; ait: Deliciae meae sunt esse cum filiis homi
 num. Si ergo suas intra nos delicias habere de
 beat, desideria nostra penitus esse mortua oportet,
 sicut ipse dominus ait: Nisi granum frumen
 ti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum
 manet absq; fructu. Granum istud frumenti desi
 derium est animae, quod mortuum esse oportet
 omni delectationi, diuitijs ac honori, quatenus
 in nobis Deus ipse delectari & eius sanctum no
 mē in nobis glorificari ac honorari possit. ¶ Ter
 tio, intentionem nostram intentioni diuinæ sub
 dere debemus. Quae est autem intentio Dei? Illa
 videlicet, vt in omnibus, quae ipse creauit, ob e
 ius solius amorem & honorem vtamur. Omnia
 nanq; pro vtilitate atq; vsu nostro creauit. Ecce
 enim noctē ordinauit, vt propter eius amorem
 somno reficiamur: & diem, vt ob eius amorē la
 boribus insudemus, ad quod nos facti sumus, si
 cut aues ad volandum. Et terrae fructus creauit,
 vt nobis sint in cibum, & omnes creaturas, qua
 tenus nobis inseruiant, & saluti nostrae coope
 rentur.

MARGARITAE EVANG.

rentur. Est quoque intentio Dei, ut quicquid agitur
 siue dimittimus, ob eius amorē agamus siue di-
 mittamus, idque ad delectationē suā in corpore,
 ad honorē suum in anima, & ad gloriā ipsius in
 spiritu. ¶ Est autē voluntas in spiritu, desiderium
 in anima, & intentio in corpore, id est, in corde,
 in quo tā alte & occulte est abscondita, quā in om-
 nibus, quae vel agimus vel dimittimus, occulte
 & latēter nosiplos quaerimus, & vel ob hoc, vel
 ob illud nostra facimus. Diligentem igitur cor-
 dis & intentionis nostrae curam & obseruantiam
 habere debemus, & omnia facere propter
 Dei amorem, ad eius videlicet delectationē, ho-
 norem & gloriā. Et sic perfecte adimplebimus
 illud dominicum praecipitū, quod quodam tem-
 pore decuit dicens: Diliges dñm Deū tuū ex to-
 to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni
 mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & proxi-
 mum tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis
 vniuersa lex pēdet & propheta. ¶ Quā enim vo-
 luntatē nostrā in Dei voluntatē transfundimus,
 & semper cogitamus, qualiter eius beneplacitū
 agnoscere possimus, tunc profecto Deū ex om-
 ni mēte nostra diligimus, & tunc ipse in spiritu
 nostro quiescere delectatur. Idque per merita hu-
 mani ac gaudiosi spiritus sui. ¶ Et quando de-
 siderium nostrum in Dei desiderium iactamus,
 tunc ipsum in anima nostra sedere, & omnes
 animae vires pro suo desiderio regere delectat,
 idque per merita tristissimae animae suae, & tunc
 Deum ex tota anima nostra diligimus. ¶ Et quā-
 do intentionem nostram in Dei intentionē trans-
 fundimus, ita ut oīa, quae vel exterius vel interius
 agimus, ob eius amorē & ea intētionē, qua
 ipse

LIBER I.

ipse ea instituit ac ordinavit, agamus, tunc profecto Deum ex toto corde diligimus, & tunc ipsum delectat habitare in corpore nostro, idque per merita sancti ac vulnerati corporis sui, & ita nos digni efficiamur, ut divinitas ipsa luceat in spiritu nostro, in anima nostra, & per corpus nostrum, cunctasque a nobis depellat nubes tenebrarum. Sicque Christum veraciter iudicavi sumus, & omnia per ipsum iuxta sanctae ecclesiae ritus ac consuetudines agimus et operamur. Et tunc Christus omnia opera nostra fructuosa reddit, nosque per ostium. i. per merita suae humanitatis intraimus in divinitatem ipsius. ¶ Conerur ergo quilibet ingredi. Nam qui foris remanet, ille frigori, ventis ac pluviae expositus est, & in continuo hostium timore existit. Tales nimirum sunt illi, qui dumtaxat circa Christi humanitatem occupantur, & non ulterius in eius divinitatem ingrediuntur. Unde sanctus ait Bernardus: In operibus domini, & minus capaces animos exterior consideratio pascit, & qui magis exercitatos habent sensus, solidiore intus cibum inveniunt & suaviorē, tanquam adipem medullamque frumenti. Sunt enim & exteriori specie delectabilia, & interiori virtute multo delectabiliora, quemadmodum & ipse exterius quidem speciosus erat forma praefiliis hominum, interius autem tanquam candor lucis aeternae, etiam ipsis supereminens vultibus angelorum. Apparebat enim foris homo sine culpa, caro sine peccato, agnus sine macula. Quam speciosi pedes annunciantis pacem, annunciantis bona, sed multo speciosius & preciosius caput eius, quoniam caput Christi Deus. Delectabilis aspectus hominis, in quem peccatum non cadit, & beati oculi, qui

MARGARITAE EVANG.

qui cum viderunt, sed multo magis beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Denique cum peruenisset ad nucleum, testam iam (licet decoram valde) non reputabat Apostolus dicens: Et si cognouimus aliquando Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nimirum, quia dominus ipse praedixerat: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. Et paulo post idem sanctus Bernardus continuat dicens: Totus suauis est, totus salubris est, totus delectabilis, totus denique secundum sponsae vocem desiderabilis. Sicut autem in eo ostensum est, sic & in operibus eius reperies. Nam & superficies ipsa, tanquam a foris considerata, decora est valde, & si quis fregerit nucem, intus inueniet, quod iucundius sit et multo amplius delectabile. Proinde, non tantum circa humanitatem Christi versari debemus, sed per merita humanitatis introire in praeclearam diuinitatem, quatenus sic in nobis sentire mereamur, quod & in Christo Iesu, in spiritu videlicet, in anima, & in corpore. Christi namque domini nostri nobilis ac lucida anima, ab exordio vitae suae cum viribus suis superioribus sine intermissione in diuinitatem, velut in obiectum suum, conuersa fuit, vnde tam beata ac fructiva exiit, sicut iam actu est in caelis. Porro, secundum vires suas inferiores erat mobilis, actiua & passibilis. Et sic dominus simul fruebatur, agebat ac patiebatur. Quando enim in cruce patiebatur ac mortificatione erat, in qua nunc est. Proinde, qui nunc ipsum perfectius sequuntur in diuino obiecto, in agendo & fruendo, illi postmodum similiores ei erunt in aeterna & essentiali fruitione. Vt igitur mo-

LIBER I.

tur modo in nobis sentire mereamur, quod fuit in Christo Iesu, studeamus nos illi conformare. In spiritu quidem, quatenus semper habeamus liberum ac eleuatum spiritū & cum Deo vnitū. In anima vero, quatenus semper habeamus animam bene ordinatam in omni virtute, secundum animā Christi. In corpore autem, quatenus illud secundū opera Christi in omni modestia regamus. Quando autē eadem hæc omnibus hominibus ex corde fauemus, eosq; similiter vnū fore cū Deo, in spiritu, in aīa, & in corpore desideramus, & vnicuique ad hoc pro posse auxiliamur, in oratiōibus, & bis & operibus nostris, tūc sane diligimus proximum nostrū sicut nos ipsos.

Qualiter nos cum Deo vnire debeamus, quando pro proximis nostris orare volumus. Cap. XLIII.

Porro, quādo pro proximis nostris orare intendimus, primo nos interius cum Deo vnire debemus in secretis sanctis sanctorū, quæ nullus præter summum sacerdotem ingredi potest, id est, præter spiritū, qui est suprema pars animæ. Et in illa vnione Deo nos ipsos totaliter offerre debemus in hostiam laudis, & in viuum sacrificium igni amoris sui concremandum, ita vt in nobis ipsis penitus annihilemur ab omni illo quod Deus nō est, quatenus sic idem omnipotens Deus absq; impedimento nobis vti possit, quomodo tunc vti potuit cum necdum creati essemus. Tūc namq; in sua erat potestate facere de nobis, quicquid ipse vellet. Fecit autem nos ad superioris similitudinem, quatenus ipse nobis vti possit in seipso, & nos sua bonitate fruere.

I Hoc

MARGARITAE EVANG.

Hoc ipsum igitur, quod sumus, abnegare debemus, ut denuo Deus taliter nobis uti possit, & absque impedimento operari in nobis, ac de nobis facere, quicquid ipse voluerit. Porro, in hac unione Deum pro necessarijs orare debemus, ipsumque deprecari, quatenus omnes homines ita secum unire dignetur, quomodo nos ipsi unti sumus, & singulis in ipsorum necessitatibus coelestis auxilij dexteram praetendere, talesque eos efficere, quales nos ab ipso fieri iam ante petivimus, sicque dicemus: **O** amabilissime domine Deus meus, ex quo per divinitatem tuam & in me & in cunctis modo hominibus existis, digueris eos unire tibi, & ita eos tecum unum efficere, sicut nos unum sumus: & quicquid in eis est, quod tibi obstaculum praebet, ab eis clementer expelle. Omnia vero quibus indigent, et quae tuae sunt placita bonitati, ipsis largiri digneris, illis maxime, quibus amplius sunt necessaria. Et hoc pacto oramus pro proximis nostris supremo, amorosissimo et nobilissimo modo, quo fieri possit, & nos ipsi liberi & nullatenus impediti in Deo permanemus. Quando vero pro aliquo oraturi nos ipsos cum Deo non unimus, sed circa causam atque negotium illud, pro quo rogare intendimus, multum occupamur, imagines inde concipiendo, tunc procul dubio oratione quaquam est ita devota & proficua, & nos ipsi per imagines susceptas amplius impedimur distrahimurque. **E**odem modo pro animabus in purgatorio existentibus orare debemus, ut dominus illis per amarissimam passionem suam indulgere dignetur, quicquid contra precepta Dei & sanctae ecclesiae admiserunt, & in quocunque

negli-

LIBER I.

negligentes fuere, dicendo hoc modo: O benedictus Deus, digneris ista sic suscipere, ac si ipsi ea realiter fecissent, & ista plene cognouissent, atque in tua presentia digne semper ambulassent, tibi que interius vniti fuissent: & dona eis requiem sempiternam. Quia tu ipse es requies, pax et fructio omnium spirituum beatorum. Et lux perpetua, quæ in ipsis est, luceat eis, quæ lux tu ipse es, quam ipsi in sese obfuscarunt, & te nequam rite cognouerunt. Quod iam continue eos remordet, arguit & torquet, donec te perfecte cognoscant. Eia ergo piissime domine transradiet eos lux diuinitatis tuæ, quatenus tormenta omnia nihil eis noceant, neque eos crucient, neque vllus eis appropinquare spiritus immundus præsumat, sic (inquam) transradiet eos, quemadmodum sanctissimam animam tuam transradiabat, quando ipsa e sacratissimo corpore tuo emigrabat. Qua luce spiritus imundos omni virtute ac potestate priuabas, & portas inferni confringebas, & per virtutem diuinitatis tuæ, omnes inde tuorum amicorum animas liberabas. Ita quæso domine & nunc omnium fidelium defunctorum animas consolari & liberare digneris, idque per acerbissimam passionem tuam, & per maximam illam angustiam & derelictionem, in quibus erat nobilissima anima tua in hora mortis tuæ, quædo ipsa de sacratissimo corpore tuo migratura erat, per quæ mortem tuam omnem inimici virtutem dissipasti, ita vt in hora mortis nra nullam in nos potestatem habeat, et neque appropinquare tunc nobis neque terrere nos audeat, nisi quantum nos ipsi per confessionem & contritionem, & per amarissimam passionem tuam et sacramentorum

l ij perce-

MARGARITAE EVANG.

perceptionē expiare neglexerimus. Oro igit̃ bonitātē tuā, o benedicte Deus, quatenus per illam terribilē mortis tuæ horā, quā pro me ex amore sustinuiſti, pauperem ac peccatricem animam meam in hora mortis meæ ab omni terrore liberare digneris. ¶ Deniq; quando aliquis forte implorat ſiue petit a nobis auxiliū, nequāq; præ cogitare debemus, dicentes: Ecce hoc vel illud faciam ſiue dicam. Ipſe nanq; dñs ait: Ego dabo vobis os et ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Debe mus autem nos introrſum conuertere dicendo: O benedicte Deus, dignare per me hoc vel illud taliter agere ſiue loqui, ſicut tibi magis eſt honorificum, atq; illis hominibus magis expediens ac neceſſarium. Qui enim per aſinā Balaam loqui dignatus es, etiā per me loqui non dedigneris. Et tunc pius dominus gratiam nobis copioſam infundet, atq; taliter per nos loquetur, unde proximus noſter conſolationem accipiat, & in dño cōfortetur. Interim vero ab intra Dei inſpirationem obſervare debemus, vt ſciamus ſi ei placet vt ulterius loquamur, vel potius ſileamus. ¶ Poſtquam vero ea, quæ dicere volebamus, iam ſufficienter diximus, ilico nos introrſum conuertamus, dicēdo: O benedicte Deus, ſi bene locutus ſum, tu illud per me feciſti, & tibi inde laus ſit et honor. Si vero male locutus ſum, ego ipſe ſum, qui hoc feci, idq; tu mihi clementer indulgeas oro. Porro, quicqd tu per me locutus es, etiā in me operari digneris, meq; benigne adiuues, vt quæ verbis dixi, vita ac moribus exprimam, atque in illo, cui modo locutus ſum, tu quoque loqui digneris, & quæ audiuit,
in ipſo

LIBER I.

in ipso conserues. Quando enim certo credimus,
& scimus nos ea nequaquā loqui nec loqui pos-
se, tūc ob amorem eius secure illa & absque no-
stro impedimento loqui possumus, semper ta-
men cum humili quadam verecundia, & prou-
da sapientia.

Qualiter in operibus nostris semp in Deo
simplices pmanere debeamus. Ca. XLV.

Diximus iam qualiter in orationibus ac lo-
cutionibus nostris absq; impedimento in
Deo semper manere possimus, consequen-
ter iam dicendum est, qualiter in operibus quo-
que nostris semper in Deo simplices permanere
debeamus. Cum igitur Deus sit simplex, & ope-
retur multipliciter, & nihilo minus in cūctis ope-
ribus suis in quadam immobili quiete permane-
at, cumq; nos quandā Dei similitudinem habea-
mus, niti ad hoc debemus, vt vniuersa opera no-
stra, q̄ facere tenemur, & quæ obedientia iniun-
git, fideliter exequamur, absq; tamen sollicitudi-
ne & multiplicitate cordis, fugiterq; ante ocu-
los Deū, propter quē omnia facimus, magis q̄
ipsa opera, quæ facimus, habere conabimur, &
custodire atq; seruare semper liberā cordis intro-
uersionē, & internā spiritus quietē. Qui enim in-
terius cōuersari nouit & exteriora non curare, il-
le tempus nō requirit, neq; locum ad deuota ha-
bendū exercitia aut liberam introuersionē. Sem-
per em̄ videt interioribus oculis cordis Deū deo-
rum in Sion. Et in hac simplici in interiora intro-
uersione occulta illa semita inuenitur, pro qua tā
multi longius discurrunt, & hic diues ille thesau-
rus obrinetur, pro quo multi duos ac graues pœ-

I iij niten-

MARGARITAE EVANG.

nitentiae labores subeunt, atque hic praecleara & liberalis ars spiritus addiscitur, pro qua tam multi insignes philosophi ac poetae laborauerunt, & tam multos annos in studijs philosophiae naturalis absumpserunt, omnem suam rationem atque intellectum rebus creatis apponentes, videlicet motui caeli & planetarum, quo eorum naturalem cursum & ordinem inuestigare & agnoscere possent. Et propter hoc abstractam atque solitariam duxerunt vitam, intellectum ac memoriam suam denudaverunt, & intra sese diligenter pensabant ac secum cogitabant, quoniam pacto illa scire possent & experimento addiscere. Et per hanc meditationem suam ad cognitionem qualemcumque peruenirent, in qua tantam delectationem habebant, & ad quod tanto amore afficiebantur, quod cuncta bona temporalia, amicos insuper & consanguineos libenter uniuersos relinquebant. Nec tenebat eos, nocte ac die ista inuestigare, ita ut tandem omnem caeli ordinem agnoscerent, quam longe & quam prope siderum cursus se extenderet, usque ad minutum unum, & sic artem illam atque scientiam libere & sine impedimento & absque ulla labore intra se circumferebant. Porro, nobilissima illa atque increata ars, quae nullo intellectu naturali comprehendipotest, illis omnino incognita fuit. ¶ Si ergo illi tot ac tanta pro scientiae temporalis acquisitione fecerunt, quanto magis nos abstrahere nos ipsos debemus & denudare, atque solitarie viuere pro acquirenda nobilissima scientia & cognitione interioris naturalis cursus, quatenus scire possimus, ad quid naturaliter aer corporis nostri inclinatus sit, & ad quid corpus nostrum creatum sit, & deinde pertransire ad

read

LIBER I.

re ad stellas cœli, id est, in animam nostram & omnes vires atque affectiones eius, considerando, ad quid factæ sint & ordinatæ, & qualis modo existat cursus & ordo earum, & vbi eorum naturalis locus sit & operatio, atque cogitare & pensare ista, quatenus ea addiscere possimus, & ex eorum cognitione tantum Dei amorem consequi, vt non tædeat nos, nocte ac die quælibet siue ager e siue dimittere, quatenus clare cognoscere possimus illud nobilissimum bonum, ad quod creati sumus, & ad quid planetæ, id est, vires animæ nostræ inclinatæ sint, & vtrum motus earum talis sit, vel tale quid insinuet, vnde animæ vel corpori plaga aliqua siue turbatio euenire possit. Et tunc omnipotentem dominum oremus, qui illa omnia mutare & auertere potest, vt malas animæ & corporis inclinationes ad naturale suum principium conuertere dignentur, discamusque modum & artem istam libere & absque impedimento circumferre sine labore in omni labore, & apud quo suis homines. Qui enim artem Deo cum omnibus viribus ad hærendi abintra habet, ille exteriora quælibet non aduertit neque curat, & omnia suo modo ire & redire permittit. Quia abintus circa ea, quæ sunt Dei, iugiter est occupatus, & ob hoc abextra videndo cæcus, audiendo surdus, & loquendo mutus existit, liberq; manet & a nullo impeditur. Reuera quisquis talis est, benefelix Astronomus dici potest. Hic nanque continue homo vltius trahitur ad magis interiores artes atque scientias, ad ipsum videlicet cœlū cœli, id est, ad spiritū siue animæ imaginē, in qua

MARGARITAE EVANG.

suū Deus ipse cœlū constituit, qui est sol iustitię, a quo oēs planetæ & cœli naturales nobilitatē & ordinē suum recipiunt, eiꝫ obedire & subditi esse tenentur. O si quis ad istam nobilissimam artē pertingere posset, ad ipsum videlicet cœlū cœli, multas ille occultas & secretas artes perciperet, quas oēs doctores atque magistri naturales ignorāt. Solū duntaxat mundū cor atꝫ humile, & anima denudata, & exoccupata & trāquilla mēs Deū intra sese cōplectitur, & in eā Deus cōtinue agit & operat, vbi cūq; homo sit, siue dormiat, siue vigilet, siue comedat, siue bibat. Mens etenim humana a deo interna atꝫ nobilis existit, vt nullo possit certo nomine appellari.

De portione aīæ nobilissima, & qualiter illa in Deo semper permaneat. Ca. XLVI.

Porro, de hac mēte humana doctores multi multa scripserunt, quonā videlicet nomine debeat appellari. Quidā eam mentē vocāt, eo q̄ cōtinue ad Deū anhelat, & est quiddā valde deiforme siue diuinū, & imago Dei in homine. Diuinum quippe est, eo q̄ in Deū est immersum, eiꝫ vnitū. Dicitur autē & apex mētis, quia videlicet Deus in ea iugiter velut in speculo refulcet, Dicitur etiā (prout venerabilis pater Ioannes Ruysbroich asserit) supremū animæ. Est etenim nudum quid & informe, & in suā sese originē cōtinue inclināt, propter q̄d æternū atꝫ viuū diuinitatis speculū existit, cōtinue absq; intermissione intra se suscipiens æternā verbi generationē in beatæ Trinitatis imagine, in qua seipsum Deus cognoscit, q̄quid est, tã in essentia, q̄ in psonis. Dei nãq; imago in aīæ essentia consistit. Et hanc imaginē oēs intra nos habemus semper

per victuram. Dicitur quoque scintilla animæ, eo videlicet, quod sicut scintilla in igne, sic ipsa in Deo existit. Dicitur quoque nobilitas animæ. Est namque adeo nobilis, ut etiam ipsi beatissimi Seraphin illam plene intellectu apprehendere non possint, eo quod continue suo principio inhaereat. Sicut enim riuus aliquis aut fons scaturit & emanat ex immenso pelago, & ipsum refluit, ita ista nobilis animæ portio quodam modo ex Deo emanat & in ipsum refluit. Dicitur autem & silentium siue somnus, quia semper inattingibilis & immobilis in Deo manet. Dicitur postremo etiam spiritus, quia vnus cum Deo spiritus fit. Vnde Albertus ait: Mens humana est omnium intimissimum, securissimum, immortalissimum & Deo propinquissimum. Aduersitatem nullam patitur, quia nulla in ea imago, nulla subtilitas existit, sed est simplex quædam essentia cum essentia Dei. De qua quidam ait, vim quandam inesse animæ, quæ adeo nobilis est, quod vbi intellectualiter ex Deo emanat, ibi & intellectualiter in Deum reuertit, & Deum intra seipsam amplectat. Sed hic dicere quis possit: Si vis ista animæ, prout supradictum est, alia est a tribus animæ viribus, ergo plures erunt vires, quæ superius est definitum. Ad hoc respondendum, quod nequaquam plures erunt, sed tres illæ vires vnū esse dicunt: quia anima Dei similitudinē habet. Sicut ergo beatissima Trinitas tres in se personas habet, & vnus est Deus, sic & istæ vires vnum sunt. Et sicut Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, sic et vis ista trina est, & in essentia vna. Ex hac quippe vi promanant memoria, intellectus & voluntas. Et sicut Deus nihil operatur nisi per potenti-

MARGARITAE EVANG.

am patris, sapientiã filij & charitatem spiritus
 sancti: ita vis ista nec agi potest nec agere, nisi
 per memoriã, intellectum & voluntatem. Sicq[ue]
 Deus operatur in ea simplex quoddam atq[ue] diui-
 nũ opus. ¶ Et sicut arbor qlibet in se habet nu-
 cleũ, lignũ & corticẽ, & ex ipsis procedũt rami,
 folia, flores & fructus, & nihilo minus vna tan-
 tum est arbor & vna substantia: eodem modo se
 habet vis ista. Ex memoria nanq[ue] procedit intel-
 lectus & cognitio: & ex cognitione amor, ex q[ui]-
 bus deinceps pullulat ramor[um] fertilitas. .i. tres vi-
 res inferiores & affectiões, & folia. .i. exterior ap-
 paratus: & flores. .i. interiora charismatũ mune-
 ra: et fructus. .i. opa virtutũ. Et sicut arbor nullos
 oĩno fructus proferre posset neque durare, nisi cũ
 radice terræ infixã sit, ita & hæc vis interior, nisi
 in sua origine. .i. in Deo plantata sit, nullos virtu-
 tum fructus proferre, neq[ue] perenniter subsistere
 potest. Rursus, quemadmodũ radij essentialiter
 in sole existunt, & suam inde nutrimentum susci-
 piunt, atq[ue] lumẽ & fecunditatem in terra cau-
 sant: ita & hæc vis in Deo perpetua quadã inhæ-
 sione permanet: in q[ui] & ab æterno increata fuit,
 & omne nutrimentũ atq[ue] viuacitatẽ suam in di-
 uina essentia habet, & fertilitatem ramis. .i. viri-
 bus inferioribus aĩæ & corporis subministrat,
 & fructus inde nascẽtes sol diuinus luminis sui
 irradiatione dulces atque delectabiles facit.
 ¶ Demum, vis ista in Deo adeo fortiter est ra-
 dicata atque plantata, vt nunquam inde exire,
 & neque infernus eam inde euellere potest. Et
 hæc præcipua est reproborum pœna, quod ista
 vi abusi sunt: quæ quia Deum in se semper ha-
 bebant, ideo ipsi quidẽ semp[er] moriẽtur, et tamẽ nõ
 quam

LIBER I.

quam mori poterunt. Sed neque in malignis spiritibus vis ista unquam delebitur, eo quod nobilitatem suam in malitiam conuerterunt. Infideles quoque vim istam intra se habent, quod tamen eos nequaquam beatus efficit, eo quod istud non cognouerunt. Sed nec quisquam inde beatus efficit nisi pro quanto illud agnoscit, seseque per amorem ad Deum conuertit, considerans seipsum, qualiter intus & exterius sit dispositus, & qualem ipsum esse oporteat, diligenterque studeat Deum atque seipsum cognoscere, & qualiter ipsum Deo sit applicatus, quam preciosum thesaurum preclarasque opes intra sese anima sua habeat, ipsum videlicet Deum, qui nobis semper unitus manet, & nunquam ex anima nostra recedit: sed in ea continue moratur, & magis proprie inibi quam in caelo existit. Et ideo necesse non habemus Deum exterius quaerere, sed intus in intimo animae ipsum quaeramus, ubi sine intermissione semper est praesens.

De plena & perfecta nostri mortificatione.

Cap. XLVII.

EST autem summe necessarium, ut ab omni illo quod Deus non est, nos penitus abstrahamus, & in ipsam nihilitatem nostram redeamus. Istud enim nihilum liberum habet ingressum & introuersionem in Deum, & nihil apprehendere concupiscit. Si igitur vitae perfectionem obtinere uouerimus, semper propriae nihilitati nostrae & puncto illi, quod Deus est, immorari debemus, et nobis ipsi funditus mori in omnibus illis, in quibus natura atque sensualitas nostra fouet atque sustentat quavis delectatione, quae non est pure Deus, et securim radici

MARGARITAE EVANG.

radici apponere, atque viriliter ramos infructuosos amputare. Et sic arbor animæ nostræ liberè, & absq; impedimento excrefcere poterit usque ad summum illud bonum, ad quod creata est & condita. Et quamvis mortificatio ista sæpe molesta sit sensualitati nostræ, hoc nihilo minus curare non debemus, sed meminisse continuo, quæ sæpe multa admisimus, quæ animas atque conscientias nostras grauius cruciabant. ¶ Debemus autem nosipfos viriliter aggredi, & diuinum auxilium incessanter implorare, præsertim aduersus ea, in quibus magis defectuosi sumus, & ad quæ procliuius existimus, siue sint commoda corporis, siue cupiditas aliquid habendi, siue amor aut fauor creaturarum, siue propria complacentia in verbis vel factis interius vel exterius, in quibus nosipfos quærere possemus. In talibus (inquam) nosipfos potissimum obseruare debemus, & singulari quadam seueritate ea in nobis castigare, quæ nos magis impediunt, & quantum possumus, eniti, ne de illis quicquã cogitemus. Si vero cogitationes nostras satis diligenter custodire & obseruare nequiverimus, Deum suppliciter orare debemus, vt nihil nos cogitare sinat, nisi quod sit secundum ipsius voluntatem: & vt nihil inde loquamur, nec faciamus, nec dimittamus, neque eamus, neq; stemus, vbi defectus ille incurri posset: præcipua quoq; sollicitudine quinque sensus nostros custodire studeamus. Per hos etenim sæpe aliquid intro recipimus & haurimus, quod interiores oculos nostros vehementer obfuscat & excæcat, aures interiores obstruit, gustum internum immutat, sensualitatem fouet, & defectuositates multiplicat & adau

LIBER I.

& adauget. **¶** Est igitur curandum nobis, vt
semper in timore domini pmaneamus, sine quo
nulla esse virtus, nulla perseverare bona opera
possunt. Ipsi quoque angelici spiritus, qui adeo
securi sunt, & ita in bono confirmati, quod nun-
quam delinquere, neque labi possunt, semper in
timore domini & voluntate ipsi cum omni reue-
rentia seruiendi ac obediendi persistunt. Quanto
igitur magis nos lutea atq; fragilia vascula, qui
ad omne sumus malum procliuēs, in continuo
perseuerare timore domini, & nos ipsos diligen-
tissime obseruare debemus? Sane pro qualibet
arctatione & mortificatione nostri, quantumuis
minima sit, æternam vitam atq; libertatem con-
sequemur. Si igitur modo nobis ipsi mori didi-
cerimus, cū mors aduenerit, gaudio magno per-
fundemur. Si vero modo nobis mori nolueri-
mus, vix nobis erit, cū terribilis illa mortis ho-
ra aduenerit. Nimis enim dura mors nobis im-
minebit. Non enim poterit natura immortalis
vitam æternam ingredi. O quantum dolebimus
tunc de negligentia nostra, quando in illo anxio
tremore & dæmonum terrore erimus constituti?
qui etiam de minimis peccatis nostris tunc gra-
uissime nos accusabunt, nosq; expectabunt se-
cum æternis tormentis inuoluendos, & a se puni-
endos. O quanta anxietas atque timor inuadet
nos coram æquissimo iudice Deo, qui non pote-
rit aliter iudicare, quam pro exigentia operum
nostrorum. O qualis tunc sententia de anima no-
stra feretur, vt videlicet vel in horribile purga-
torium, aut in æternum inferni incendium demer-
gatur. Quæ profecto immortalis anima no-
stra in nouissimo iudicij die, cum districtus ille
iudex

MARGARITAE EVANG.

iudex ad iudicium properabit, cum reprobis atque damnatis hominibus versus terram cum capite serpet atque fugiet, eo quod districto Dei iudicio appropinquare non audebit. Quo contra electi & boni omnes, cum magna exultatione in aere pendeant, habentes scabellum pedum suorum reprobos omnes, qui in terra iacebunt. Totos itaque nos pro aeternis bonis impendamus. Quod enim nihili constitit, nec valere aliquid poterit, & quae parce seminat, parce & metet. Praeparemus ergo cum omni diligentia lapides nostras, ut cum sponsus venerit, cum ipso ad nuptias intrare possimus. Sequamur nunc cum hilaritate & toto mentis affectu, quantum possumus, vestigia ipsius, & discamus ab eo, quia mitis est & humilis corde, quodque obediens fuit patri suo usque ad mortem crucis. Et ad hoc omnes difficultates, aduersitates & tribulationes nostras trahere debemus, quatenus videlicet ei in omnibus assimilari, & ineffabili charitati suae respondere possimus. Si enim ei conregnare volumus, haud dubium, quin & compati ei debeamus.

Qualiter secundum formam vitae Christi vitam nostram instituire, & in eius diuinitate habitare debeamus. Cap. XLVIII.

TAliter itaque in Christi vita ac passione ambulare, in diuinitate autem ipsius habitare, & ab omni exteriori & terrena occupatione debemus quiescere, mentemque nostram cum deuotione subleuare in diuinitatem eius, & sic nos ipsos immergere & profundare in eam, supra omnem cognitionem, ¶ Porro, sunt nonnulli qui

LIBER I.

qui circa eius diuinitatē occupare sese nō audēt,
 soli duntaxat humanitati inhærentes: timent e sse
 fore sese in ea decipiendos, quod totū ex amore
 priuato procedit, quia seipsos pro Deo expone-
 re nō audent. Si mūdānus amor (q̄ tamē reuera
 falsus est & deceptorius) facit q̄buslibet piculis
 animā et corpus exponere, quāto magis nos pro
 Deo animā nostrā abnegare siue perdere debe-
 mus? q̄ est bonū increatū, qui nos tā cordialiter
 diligit, q̄ neq̄ fallit aliquē neq̄ sefellit vnq̄, qui
 etiā vult & desiderat, vt ipsum cognoscamus &
 diligamus, ipsoq̄ fruamur. Verū tamen illi q̄ se-
 ipsos naturali intellectu ad alta cognoscēda ex-
 tendūt, totaliter excæcant, obscuratq̄ in eis sim-
 plex oculus, & ipsi a fundo suo aberiāt, atq̄ per
 multiplicitatē extra seipsos deuiant nullā habē-
 tes discretionē, volūtq̄ cognoscere & p̄scrutari
 ea q̄ ipsis minime licet scire atq̄ scrutari: & sic
 semetipsos misere decipiūt. Qui vero Deū sim-
 pliciter cognoscere studet, ille illuminat atq̄ in-
 struit, qualiter imagini Iesu Christi se debeat cō-
 formare, eāq̄ sequi. Christi nanq̄ humanitas no-
 stræ humanitatis via fuit, quatenus per suæ hu-
 manitatis merita, ad diuinitatis vnionē p̄tingē-
 re possimus. Christus homo factus est, quatenus
 hoies dñi fierent: & modum vivēdi assumpsit,
 vt hominem supra omnem modum transferret.
 Hinc sanctus ait Bernardus: Mirabilis est auis
 illa, quæ altius euolat, quam in crucē Christi. Ne
 quāq̄ igitur altius euolare debemus, sed per eā,
 scilicet crucē Christi trāsire, p̄ merita videlicet
 humanitatis in eius diuinitatē: sicut & Euangeli-
 um dicit: Qui per me nō intrat, ille sur est & la-
 tro. Semper itaq̄ ingredi & egredi in ipsam di-
 uinita

MARGARITAE EVANG.

uinitatem, & omnia per Iesum Christum facere
studeamus.

De duobus quæ obseruare debemus, ne
circa diuinitatis perscrutationem deci-
piamur. Cap. XLIX.

Proinde ne circa diuinitatis perscrutatione
deecipiamur, duo nobis obseruanda sunt. Pri-
mum est, ne curiose vel presumptuose per-
scrutemur, quid vel quomodo sit Deus, aut oc-
cultas opera ipsius. Et ne desideremus alta qualibet
cognoscere vel intelligere, vel aliqua nobis
per diuinam reuelationem innotescere, quia in
huiusmodi nulla vera sanctitas consistit. Quin-
potius, simplices ac uniformes intra nos ipsos in
diuina presentia permanere debemus, ut sic De-
um & nos ipsos simpliciter ac uniformiter fundi-
tusque agnoscere possimus. Quod sane multo
nobis utilius meliusque fuerit, quam si omnem
caeli cursum, viresque herbarum vniuersas co-
gnosceremus. ¶ Secundum est, quod quando
piissimus Deus aliquam nobis gratiam infunde-
re dignatur, vel ab intra suæ nobis bonitatis ali-
quam cognitionem largitur, siue quiduis aliud
in nobis operatur, ne quid talium nobis adscri-
bamus, neve extollamur, nosque esse aliquid ex-
istimemus, qui reuera nihil sumus, sed potius in
fundo nostro ista semper versemus atque dica-
mus: O benedictæ Deus, quis es tu & quis sum ego?
Tu certe abyssalis es bonitas, ego vero abyssi-
sals iniquitas. Rogo igitur te domine, ut gratia-
m quam mihi infudisti, in me conserues, et per
me opereris. (Quid enim flores proderunt, si fru-
ctus nulli subsequantur?) quatenus tibi inde ho-
nor &

MARGARITAE EVANG.

sanctionem Dei sustinet patiturque. Et in isto caro & sanguis, & medulla quoque ossium consumitur per resignationem. Siquidem homo talis seipsum cum anima & corpore totaliter offert & resignat. Tuncque Deus animam immutat, quomodo mutavit olim aquam in vinum. Et quomodo ferrum quasi in ignem transit, sic ipsa in vera resignatione consumitur, ut iam secure dicere possit: Dilectus meus mihi, & ego illi.

Qualiter anima tempore visitationis divinae sese habere, & quomodo nullam penitus siue abintus siue abextra delectationem quaerere debeat. Cap. L.

SIC sic nimirum Deus omnipotens terram visitat, eamque fructuosam reddit, inebriat atque locupletat, eiusque gemina, id est, virtuosa opera multiplicat. Et in ista visitatione et consolatione multum in profectu suo anima roboratur, si tamen in ea propriam delectationem minime requirat, & de absentia talis consolationis nullo dolore mordeatur, neque tunc minus solitudo diligens existat, & in seipsa pacifica liberata permaneat. Nulla certe in tali consolatione sanctitas consistit, nisi pro quanto procedit ad operationem boni. Quid autem prodest fructum concipere, cuius partus non subsequitur? Vera sanctitas, ipsa est æquanimitas, quae videlicet ita semper parati sumus Deo servire in adversis, sicut in prosperis. Porro in tali visitatione, satis magna discretio adhibenda est. Et primo quidem, ut nos intus & extra ad instar rei alicuius insensibilis & emortuae insensibiliter & immobiliter habeamus, nec quicquam nobis inde ascriba-

LIBER I.

scribamus. Sicut autem ab extra mortuos atque maturos, & bene morigeratos esse nos oportet, nullamque foris delectationem querere: sic & ab intra mortui prorsus ac maturi, & bene compositi esse debemus, nullamque delectationem requirere, quatenus ipse duntaxat in nobis omnipotens Deus delectationem, pacem & gaudium habere possit. Si enim alicui regi terreno multum complacet, multamque delectationem spolia ipsius modestia atque maturitas ingerit et adducit, quando videlicet ipsam sese quasi mortuam a cunctis alijs amatoribus abstrahere, & suam duntaxat voluntati submittere conspiciat, nec suam delectationem in ipsius diuitijs & familia aut suamet pulchritudine constituere, sed in eo duntaxat, ut ipse in ea delectationem, gaudium, pacemque habere possit: quanto magis æquum est atque cõcedens, sponsam eterni Dei et regis supremi semet ipsam quasi mortuam exhibere cunctis alienis amatoribus, cunctisque donis ac diuitijs, nec suam delectationem constituere in propria pulchritudine, id est, in donis illis & virtutibus, quas ei piissimus Deus interius simul & exterius infundit, sed in hoc solum, quatenus ipse in ea gaudium suum atque pacem habere possit, nihilque sibi de cunctis donis ac gratijs ascribere, seque immobilem tenere, nec anhelare ad retinendum eas, aut etiam plures desiderare, nec in seipsa turbari, aut apparatus aliquem turbulentum exhibere. (Per hoc nanque lumen illud simplex reuerberaretur) nec affectare eas, intellectu comprehendere siue cognoscere, sed hoc solum, ut comprehendi atque cognosci mereat, libenterque captiuare intellectum suum in obsequium Christi: Quando enim nos

K ij cas

MARGARITAE EVANG.

eas comprehendere, et in eis vanam complacenciam habere desideramus, similes profecto pavoni efficiamur, qui pennas suas ex superbia latius expandens, dum pedes suos considerat, inde contristatur. ¶ Idem sane contingit hominibus intellectum suū nimis extendentibus, & extra simplicitatem aberrantibus, in qua speculum divinitatis relucet, in ipsa videlicet animæ imagine, (in qua simplici quodā modo omnia cognoscuntur) quæ per hoc obscuratur. Cumq; id in seipis deprehēdunt ob interiores tenebras illas, tristes efficiunt. Et hinc omnes internæ tentationes & anxietates oriuntur, quæ omnes exteriores anxietates & tentationes superant, ita vt sibi quasi infernum intra sese circumferre videantur. Nec potest quisquam siue doctus siue indoctus auxilium aliquod vel consolationem huiusmodi hominibus impendere, donec ad suæ parvitatæ agnitionem perueniant, & intellectum suum captiuare discāt. ¶ Ideo multum sane necesse est, vt in his discretionis gratia quæretur, & discretio adipiscatur, & vt subijcere se quisq; non vereatur (quantumuis ille magnus aut sapiens sit in oculis suis) alicui licet simplici et abiectæ personæ, q̄ talia iam intelligit atq; cognoscit. Quod si facere seq; humiliare & alterius directioni simpliciter submittere quiverit, absq; dubio tandē & a spiritu diuino dirigi, & p̄ diuinam bonitatem (ob quā semetipsum humiliavit) ab huiusmodi tētationibus intolerabilibus eripi merebitur. Et certe quotquot in initio cōuersionis suæ se se doceri ista permiserint, illi haudquā tales tētationes experientur, dūmodo suas phātasias manifestent, & alterius se cōsilio submittrāt, exeat-
que

LIBER I.

que penitus semetiplos. Sic etiam facile proficiet
 & ad quoddam simplex lumen perueniet, Deique in-
 strumenta, in quibus ipse operetur, efficiuntur. Por-
 ro, ut reuertamur ad id unde digressi sumus, ad
 amorosa videlicet dona Dei, cum eo, quod supradictum
 est, modo spiritus illustratur, anima perfluitur, et na-
 tura corpusque alteratur, cor quoque dilatur, tunc in-
 tra nosiplos geti & ociosi permanere debemus,
 nec hoc ipsum plus æquo admirari, nec quicquam
 nostræ actionis admiscere. Per hoc namque in sim-
 plici gete nostra impediremur. Sicut enim in aqua,
 in mundo aliquo vase existente, quodiu nullo modo
 turbatur, omnis immundicia, quæ vel in fundo vasis po-
 sita est, clare perspicueque videtur, et seipsum in
 ea quasi in speculo contemplari quisque potest, et
 tamen si non ultra dimidiam sui partem vas impletum
 sit: si vero alia aqua superinfundatur & admisce-
 atur, omnis aqua turbulenta & inquieta efficitur,
 ita ut seipsum in ea, quemadmodum ante, clare
 videre nullus omnino possit. Eodem sane modo
 circa lumen illud simplex accidit, cui si quis ali-
 quid apponere & admiscere voluerit, ipsum ob-
 scuratur, ita ut iam defectus suos ita clare quis vi-
 dere & agnoscere non possit, sicut in simplici il-
 la quiete & tranquillitate. Et hinc natura debili-
 tatur ac vincitur, & sanguis incalescit & circun-
 dat, suffocat & lædit cor, cogitque hominem defi-
 cere. Et per hoc sanguis in frigidatur, & omnia mem-
 bra efficiuntur rigida, omneque in ipso lumen ob-
 fuscat, nobilis illa Dei inactio præpeditur, &
 magnum sibi ipsi damnum ingerit, ita ut deinceps
 non facile ad claritatem diuinæ inactionis redire pos-
 sit. Et quando istud semel accidit, cor inde usque
 adeo debilitatur, ut deinceps diuinam inactionem

K in suffer-

MARGARITAE EVANG.

sufferre nequeat, quin ab ipsa superetur, neq̄ ta-
 lis iam adimplere valet quod Christus ait: Qui
 voluerit inter vos maior esse, sit omnium mini-
 ster. Ipse em̄ iam aliorū indiget obsequijs, quippe
 cui ob infirmitatem succurrere oportet. ¶ Et qui
 istud non intelligunt, magnā in eo sanctitatem
 consistere arbitrantur, & prorsus esse diuinum
 aliquid putant, cum tamē reuera nihil aliud sit,
 quam quædam inordinatio, & pura natura. V-
 tuntur liquidem isto dono Dei in naturæ volu-
 ptate & delectatione, & ita in eo gulosi & ebrij
 efficiuntur, quod seipsos regere nequeunt, sicut
 illi qui eadem quidem gustant, sed tamen sobrij
 permanēt. Et vt noxium istud malum haudqua-
 quā incurrare, sed ab ipso securi esse mereamur,
 omnē talem actionē postponere, & a spiritu Dei
 nos agi, regi q̄ p̄mittere debemus, & custodire
 nos intus & exterius ab insolitis gestibus, & cor-
 pus nostrum quietū & erectū seruare, & cauere
 ne capitis & pectoris inclinatione cor nostrū cō-
 primamus, et sic illesi permanebimus, alijsq̄ ser-
 uire poterimus. ¶ Et hoc pacto contēplatiua pa-
 riter & actiua vita ducitur. Intus etenim diuina
 semper præsentia fruimur, & lumen quod inter-
 rius contēplamur, foris in operibus relucet. Et
 hæc perfectissima vita est tēporis huius, quæ in
 actiōe simul & cōtemplatione versatur. Per hūc
 viuendi modum ipse dñs Iesus Christus, glorio-
 sa mater eius et charissimi ac proximi quicq̄ Dei
 amici nos præcesserunt. Porro in ista internitate
 maturos nos seruare debemus, cogitareque hoc
 vel simili modo: Indignus sum o benedictæ De-
 us, cuius cor tu tantopere desideres: atramē bene-
 faueo tibi, vt te totaliter mecum recrees, quoti-
 es tibi

es tibi placuerit. Tu enim instar magnorum dñorum facere vis, ire scilicet atq; redire, quādo tibi placet. Quid est dicere, ire & redire, cū sit ipse semper intra nos? Equidē in spiritu nostro, id est, in imagine animæ semper est præsens, & lucis suæ radios in animā rationalē continue diffundit, in partem videlicet inferiorem. Nō autē semper inferius in animā cum sua consolatione venit, nisi quādo sibi placet, & commoditatē in ea inuenit, & ipsa in seipsa quiescit, & ipsum, non propter sua munera, sed propter seipsum diligit, & non mercedem, non literas, non securitatem, non scientiam, non honorem, non somnia, non visiones, non consolationem desiderat: sed tantaxat o benedictē Deus, qui solus es totus delectabilis ac desiderabilis. Cognoscit enim talis anima in simplici illo lumine, quod omnis contemplatio in imaginibus & similitudinibus (quantumuis sublimes, quantumuis sint nobiles, diuinæ ac spirituales, & quicquid humano intellectu & nuda cogitatione comprehendere potest) absque modo distet a diuinę essentię veritate. Et ob hoc ponit in tenebris habitaculum suum, & sub umbra requiescit. In tenebris (inquam) hoc est, in lumine diuinę claritatis, quod ipsam circumfulget, & a quo naturalis intellectus reuerberatur, & rationales oculi obfuscantur. Porro in supremo memorię puncto, simplici oculo inhæret, intuens in ipsam lucem sine aliqua reuerberatione. Dicuntur etiam tenebræ, quia videlicet nullum aliud lumen, neque cognitionem desiderat, sed libenter in illa fidei caligine permanere vult, qua credit Deum esse intra se, & intra sese permansurum.

K iij Et si

MARGARITAE EVANG.

Et si in isto constans permanferit, tūc sane dulci
in hac caliginosa vmbra fructu perfruitur. In i-
sto nanque mirā & arcanam in Deo familiarita-
tem inuenit, quæ omnes delicias, diuitias et capa-
citatē creati intellectus excedit. Hic nāque vnus
cū Deo spiritus efficitur. Et sic Deus est eius fru-
itio, quies & pax, & ipsa ab omni actiōe absol-
uitur. Vnus quippe dilectus dilectum alterū mu-
do ac simplici amore amplexatur.

Qualiter aīa in verbis et in omni extrouer-
sione sese custodire debeat. Cap. LI.

Porro quādo in ecclesia aut alibi cū Deo v-
niti & ab exteriori ope liberi sumus, si tūc
ab aliquo homine vel ab aliqua obediēti-
causa reprimur, neque tristes, neque inuolūtari
effici debemus, neq; cogitare intra nos, dicētes:
Ergo ne iā exercitiū meū postponere debeo? Sa-
ne magis acceptū est Deo, q̄ taliter ipsi sum v-
nitus, q̄ quæuis, q̄ fieri potest, exterior actiō siue
occupatio. Et profecto si seiretis (aiūt tales) quā-
tū diuino amore serueo, me minime turbaretis.
Et sic tristes procedunt, si nō exterius, in corde ta-
mē interius q̄ruli. Sed hoc prorsus fieri nō debet.
Cauere tibi ab isto o homo Dei, q̄ fallax est ve-
nenū. Debet em̄ Martha. i. corpus hilariter & cū
gaudio absque omni mœrore surgere, & Ma-
ria in interiori spiritus quiete permanere, & eā in
omni actiōe & modo secū portare: & Lazarus. i.
aīa mortua esse, ita vt se oibus ad eā minime per-
tinentibus velut mortuā exhibeat. ¶ Porro quā-
do in isto exercitio positi aliquid pro nobis ipsis a-
gere habemus, nequaq; cogitare debemus, dicē-
tes: Ire iā volo pro huius expediōe negocij siue
operis

LIBER I.

operis: satis enim modo exercitatus sum, deinde consequenter exercebo. Sed hoc modo intra nos dicere debemus: O benedicte Deus, quia tu dixisti, quod ingredi debeam & nunquam egredi, digneris proinde in me & per me istud facere, quia tibi placitum est mecum esse unitum. Et tunc ire debemus, & facere ea, quæ nobis facienda sunt, & interim diligenter nos ipsos custodire, ne vel inordinati, vel dissoluti, vel incompositi incedamus: nec huc & illuc circūspiciamus, ne per hoc interiorum lumē reuerberetur. Cauere debemus etiam & vitare diligenter omnem multiplici-
 tem & leuem societatem, & aures a vanis ac ociosis sermonibus prohibere & auertere, & solitudinem, & silentium quærere & amare: alias in nulla virtute proficere, nec vllam deuotionem, siue virtutem coaceruare poterimus. Quinetiam si sanctitate & deuotione sancto Ioanni Baptiste æquales essemus, si solitudinis & silentij custodes diligentes nõ fuerimus, cito totum perdemus. ¶ Et licet exteriorem semper habere solitudinem minime possimus, intus tamen in corde, in spiritu & in anima eam habere debemus, & inibi cellam nobis construere, quatenus per hoc ab omni multiplicitate esse liberi, & a quorūcūq; transitu esse semoti valeamus: & sic in nobis et in omnibus hominibus unitatem spiritus, et pacem cordis diligentissime seruemus, prout sanctus Paulus nos hortatur, dicens: Solliciti seruire unitatem spiritus in vinculo pacis. Refrenemus in super linguam nostram, ne per inania verba defluamus: & sic sobrij simus in loquendo, vt etiam necessaria vix dicere ausi simus, quia semper in nobis ipsis timeamus, priusquã

K v ad lo-

MARGARITAE EVANG.

ad loquendum os aperiamus. Sēperq; diligentē
 sine diuinas inspirationes obseruemus, vt scire
 valeamus, vtrum Deo placeat locutio nostra: &
 non tantū in malis, sed etiā in bonis nos ita ve-
 recunde & humiliter habere debemus, nec loqui
 inaniter & intumescere, sed quę expediunt, prout
 vnicuiq; necessarium esse videbitur: nec nimis
 alte & curiose, sed simpliciter & interne, cū ex
 isto proximus confortetur, & illuminetur, sed &
 ipsemet illustretur: ex illo autē sublimi videlicet
 et præsumptuosa locutione, tam ipse, q̄ alius ob-
 scuretur. Nā simpliciter volasse, & humiliter de-
 scendisse, magnā est sapientiā cōgregasse. ¶ Inlu-
 per arctā nostri curā habere debemus in cibo &
 potu & somno, obseruare quoq; diligētē exteri-
 ores nostros mores, & ipsos quinque sensus n̄ros,
 et sollicite cauere nobis a temerarijs iudicijs &
 displicētijs erga alios, & aspicere oēs hoīes tanq̄
 templa, q̄ Deus inhabitat. Si vero cōtingat vi-
 dere nos aliquē male agere, pro tali Deū rogare
 debemus, vt ipsum adiuuare, nosq; custodire di-
 gnetur. Et sic anxie custoditi aduersus q̄slibet de-
 fectus etiā minimos esse conemur. Nā sicut mo-
 dica festuca, siue puluisculus exteriores oculos
 obtenebrat, sic etiā exiguus aliquis defectus in-
 teriorem visum obfuscat. ¶ Si vero ex humana
 fragilitate labi nos cōtingat, hoc animū nostrū
 perturbare minime debet, sed ilico nos intorsum
 cōuertamus, atq; dicamus hoc pacto: O mi amā-
 tissime dñe, da vt quicq; mō feci, q̄d displicet ti-
 bi, inde veraciter doleā, mihicq; per amarissimā
 passionē tuā illud indulgeas oro: & fac quę so, vt
 diuinitas tua in & per me luceat, et expelle a me
 quicq; tibi aliquod impedimentū præbet, vt sic
 in me

LIBER I.

in me pacē & gaudiū habere possis. O amabilis dulcedo, trāsmuta quæso me in te, vt amabilissi-
ma voluntas tua & beneplacitū tuum semper sit
et maneat in me. Et iuxta hunc modū sepius ab-
intra Deū alloqui debemus, in quolibet opere no-
stro, in agēdo & dimittendo: & sic Deus semper
erit principiū & finis oīm illorū, & nos liberi et
absq̃ impedimēto in omnibus nostris operibus
manere poterimus, Deūq̃ permittamus præpa-
rare fundū nostrū, & nos ipsos in oibus exeamus,
nec quicq̃ nobis reseruemus in vlla re, siue in ver-
bis, siue in moribus, in agēdo & dimittendo, hoc
vel illo modo, in latis vel tristibus: sed intenda-
mus & accipiamus oīa de manu dñi in quodam
humili timore, & nos ipsos totaliter resignemus
in nuda paupertate nostrī, in spontanea abnega-
tione, & incuruemus nos sub diuina voluntate,
secundū qd ipse voluerit in omnibus, & cōtenti
ac imperturbati simus tā in pace, q̃ in turbatiōe,
& beneplacitā duntaxat voluntatē Dei in omni-
bus quæramus, in prosperis & aduersis, in ama-
ris & dulcibus, in gaudio & mœrore, in latis &
tristibus, in abundantia & inopia, in viuendo
& moriendo. ¶ Huius exemplum subiungo:
Dicebat quodam tempore magister Eckardus
pauperi cuidā: Bonum mane tribuat tibi Deus.
Respondit pauper: Tibi hoc reserua, o domine
mi. Ego enim nunquam malum mane habui.
Quicquid enim aduersi Deus meus mihi impo-
suit, hoc totum libens pro amore ipsius susti-
nui, & me illo ipso indignum reputabam, &
ideo nunquam trīstari valeo. Magister aiebat:
Vnde venis? Respondit ille: A Deo. Vbi dimissi-
sti, inquit magister, Deū? Respondit ille: In oibus
mundis

MARGARITAE EVANG.

mundis cordibus. Rursus magister: Qualis, inquit, es tu? Rex sum ego, ait. Et magister: Cuius, inquit, rex es tu? Respondit pauper: Carnis meae. Quicquid enim vnquā desiderauit spiritus meus, ad illud exequendum & sustinendum velocior fuit caro mea, quam spiritus ad suscipiendum. Rursus ad eum magister: Rex, ait, regnum habere debet. Vbi est ergo regnum tuum? Respondit pauper: In anima mea. Et magister: Quō hoc? Quando, inquit ille, portas quinq; sensuum meorum clausas habeo, si tunc Deum toto corde desidero, ipsum in anima mea tam splendidum, tamq; gaudiosum inuenio, sicut est ipse in vita aeterna. Tunc magister: Sanctum, inquit, esse te constat. Quis te sanctum fecit? Pauper respondit: Hoc fecerunt silentium meum, profunda cogitatio mea, & cum Deo vnitio, quae me in ipsum traxere. In nulla enim re, quae minor esset Deo, quiescere potui. Iam vero Deum meum inueni, & in ipso quietem & pacem habeo aeternaliter, quod excedit oīa regna mortalitatis huius.

De decem praeceptis, qualiter videlicet ea in spiritu exercere, nosque illis exornare, & in nobis ea scripta seruare debeamus.

Cap. LII.

Scribēs Corinthijs Apostolus: Nescitis, inquit, quoniam corpora vestra membrum sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: Absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Ipsa enim carnalis est. Quisquis autē rebus carnalibus adhæret, carnalis efficitur. Quod enim quisque amat, cum illo & vnitur.

Deus

LIBER I.

Deus autem spiritus est, & qui adhæret domino per amorem, vnus spiritus est. Deus nanque idcirco spiritus dicitur, q̄a subtilius aliquod vocabulum siue nomen ei imponi non potest, eo q̄ innominabilis est. Deinde subiungit Apostolus: An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. Debemus itaq; membra nostra præceptis dominicis exornare: & sicut Iudæi ea vestibus suis inscripta circumferebant, sic nos ea spiritaliter in anima nostra, et in corpore nostro scripta portare debemus, vt templa Dei esse valeamus.

Primum præceptum.

IN vnum crede Deum, & ipsum super omnia dilige, & eum solum adora. Hinc ipse dominus ait: Si me amaueritis & præcepta mea seruaueritis, ero inimicus inimicis vestris: si vero non seruaueritis, eritis maledicti. Hæc quo ad sensum, ipse dominus in veteri Testamento loquebatur. Per hominem vero assumptū ita ait: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo: & ego diligam eū, scilicet secundū humanitatem meā, & manifestabo ei meipsum: hoc est, cognoscere eum faciam, quomodo sum in patre meo, & pater in me est. Et iterum: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego patris mei præcepta seruauī, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. ¶ **P**rimū itaq; præceptum istud

MARGARITAE EVANG.

istud in memoria colendū est atq; scribendū, ita
 vt per amorē semper de Deo cogitemus, & per
 vim amatiuā ei inhaereamus, vnde vnus cū eo
 spiritus efficiamur. Dicit S. Augustinus: Si nosse
 cupis o homo, quid amplius diligas, vide quid
 sapius cogites. Pro meliori huius obseruatione
 præcepti frequenter orare debemus hoc modo:
 Obsecro te, o cœlestis pater, q; in memoria mea
 esse dignaris, adiuua me, ne vnq; aliud cogitē, q̄
 quod tu vis. Et per spiritus Seraphicos in eadem
 memoria mea operari digneris, quatenus amore
 Seraphico in ea per ipsos accendi, & te in omni-
 bus cogitationibus meis diligere possim, sicut hī
 cœlestes spiritus te diligunt.

Secundum præceptum.

NON assumes nomen domini Dei tui in
 vanum. Tantus & tam magnus est domi-
 nus Deus, vt nullis digne verbis exprimi,
 nec digne valeat nominari. Quod ipse significa-
 bat cū a Mose interrogatus, quis esset, respōdit:
 Ego sum qui sum: ac si patenter diceret: Quis e-
 go sim, mihi soli notum est. Non videbit me ho-
 mo & viuet, vita videlicet naturæ, vel sensuali-
 tatis. De hoc sublimi & innominabili nomine
 dicebat quodā tempore sanctus quidā doctor al-
 teri etiā doctori: Tace, et nominare Deū noli, nā
 ipsum blasphemias. Innominabilis etenim est
 ob suam maiestatem. Respōdit alter ille doctor:
 Nisi Deus ipse per sacros ecclesiæ suæ doctores
 ita ordinasset, vt videlicet dicatur pater, filius et
 spiritus sanctus, ipsum nominare nō præsumerē,
 quāuis sit Deus meus, et propter me Deus appel-
 letur. Dicitur autem Deus, eo q; omnes creatu-
 ras ipse condidit, quātū etiam Deus est. Porro,
 secun-

LIBER I.

secundum diuinitatem suā nomine caret, id est, innominabilis est, & tamē, vt Apostolus ait, est omnia in omnibus, & in cunctis rebus quodam diuino & incōtaminabili modo præsens est. Vnde de diuino ille Dionysius sic de ipso ait: Deus nihil est, & tamen omnium sanctorum insatiabile desiderium est, nec vlli rei comparabilis existit. Et ideo sublime Dei nomen in vanum assumere non debemus, sed cum multo honore & reuerentia. Denique, præceptum istud scribi & seruari debet in intellectu. Ad hoc namq̄ intellectus cuiuslibet hominis conari debet, vt Deū cognoscere discat: aspiciere etiam nobilitatē conditionis suæ, quod videlicet nunq̄ interibit, & tūc Deum totis viribus semper honorare ac laudare sataget, sicut veraciter Deus ipse nominatur. Et pro hoc sapius anima rogabit, dicens: O fili Dei, qui in meo es intellectu, te supplex oro, adiuua me, vt neq̄ sciam neq̄ intelligā, nisi quod tu vis, vt sic in me gaudium habere possis. Et cum præclaris spiritibus Cherubicis operari in meo intellectu digneris, quatenus per eorū intercessionē te cognoscere merear. Ipū namq̄ pēnis suę cōtēplationis subuolāt in lucē tuę clarę cognitionis.

Tertium præceptum.

Sabbata sanctifices, id est, festos dies. Præceptū istud in libera voluntate scribi debet & obseruari, ita videlicet vt voluntas semp̄ ab oī malo ferietur, & perpetuū in ea sit sabbatum. i. vt libertas voluntatis ita se totā Deo resignet, vt homo in oībus, tā prosperis, q̄ aduersis in bona pace p̄maneat, et in Dei beneplacito quiescat, attēdens sibi, ne sabbati sui violator existat, id est, ne quicq̄ contrariū diuinæ faciat voluntatē.

MARGARITAE EVANG.

luntati, sed ab intra Deo suo semper obediat, eiusque potissimum beneplacitum ex vero amore perficiat. Et sic semper pacificus, quietus et Deo vnitus permanebit. Tunc quoque semper ipsi sabbatum, id est, festum erit, eo quod seipsum semper Deo plenissime resignauit, ideoque nihil ei accidit, quod sibi attrahere velit. Dei namque est ipse totus, & idcirco Deum permittit facere cum eo, quod suum est, pro suae arbitrio voluntatis: & per hoc ipse nunquam capitur, nunquam anxietur, nunquam irretitur, nunquam inuoluitur, nunquam oneratur ab omnibus, quae vel in caelo vel in terra existunt. ¶ Pro huius praeccepti spirituali obseruatione saepius hoc pacto orare debemus: O spiritus sancte Deus, qui in mea es libera voluntate, adiuua me, vt nihil vnquam velim, nisi quod tu vis, & cum praecclaris sublimibusque spiritibus beatissimis Thronis in mea voluntate operari digneris: perque eorum orationes fac me quaelo idoneum, in quo semper requiescere possis. Et sicut ipsi semper in tua diuina essentia requiescunt cum tranquilla vnione & sublimi contemplatione, in qua ipsi te Deo suo semper fruuntur, & tu eis vteris, sic & me regere, meque vti secundum tuum potissimum beneplacitum digneris, quatenus in me ad tuam gloriam requiescere possis.

Quartum praecceptum.

Honora patrem tuum & matrem tuam. Hoc praecceptum in nobili vi rationali animae scribi & obseruari debet: idque tribus modis. Primo, Deum super omnia honorabis, eius videlicet honorem & gloriam super omnia querendo, desiderando, volendo & intendendo in omnibus.

LIBER I.

omnibus. Ipse namque pater & creator est anima-
 rum nostrarum: ideoque nobis super omnia est di-
 ligendus, atque timendus. Secundo parentes no-
 stros venerari debemus, eo quod carnem & san-
 guinem ab ipsis accepimus, ipsique curas, dolores
 ac molestias multas propter nos & nobiscum per-
 tulerunt: & ideo libenter vicissim & propter eos
 & cum eis aliquid pati, eisque cum anima, & cor-
 pore, & in vita, & post mortem succurrere de-
 bemus. Tertio honorem exhibere iubemur su-
 perioribus nostris, tam secularibus, quam spiri-
 talibus, eo quod potestatem suam a Deo accepe-
 runt. Sic enim sapientia divina in sua aeterna prae-
 ordinatione, in prima rerum creatione disposuit
 ac ordinavit, ut videlicet unus angelus alteri, et
 unus homo similiter alteri praeslet: ipsa vero,
 quando humanam naturam assumere dignata
 est, infimum statum elegit. Si ergo beatissimam
 Trinitatem honorare cupimus, superiores no-
 stros veneremur. Quoties enim eis nos subdimus,
 & sub eis humiliamur, toties gloriosissimae Tri-
 nitati nos subijcimus, potentiae videlicet patris,
 quando agnoscimus omnem potestatem suam
 eum ab ipso accepisse, eiusque vicarios existere: et
 sic divinam in eis potentiam veneramur. Filij
 quoque sapientiam honoramus, quando videlicet
 advertimus ipsam sic praevidisse & ordinasse, quae
 tales superiores habeamus: et ideo sapienter sub
 eis humiliari debemus. Insuper & spiritus san-
 cti bonitatem veneramur, quando considera-
 mus immensitatem praemij, quod expectamus,
 quod per bonitatem suam nobis est collaturus,
 si ob amorem ipsius superioribus nostris hono-
 rem & obedientiam exhibuerimus. Et si forte su-

L peri-

MARGARITAE EVANG.

periores nostri defectuosi & indiscreti fuerint, tãto eis libētius subdi debemus. Nã tales secundũ rationem multo nobis vtiliores existũt, eo q̃ natura minus ab huiusmodi solatiij habet & auxiliij, quam si sapientes ac discreti existerẽt. Libenter ergo superioribus nostris subijci debemus. Nihil enim impedire nos potest, qualescunque sint ipsi. Imo libenter & supra æquitatem ac rationem pari debemus. Quo vero præceptũ istud melius observare possimus, sepius hoc pacto orare curemus: Rogo te domine Deus meus, operari dignare cum sublimibus ac nobilissimis dominationum spiritibus in vi rationali animæ meæ. Et sicut ipsi semper perficiunt, & pro hoc & laborant & obsecrant, vt potissimum beneficium tuum fiat, sic oro & obsecro te, vt perficias in me acceptissimam voluntatem tuã, idque ad honorem tuum.

Sequuntur prohibitiones. I. prohibitio.

NON mœchaberis. Hoc præceptum in vi concupiscibili scribendum est, per quod spiritale adulterium prohibetur, q̃ toties incidimus, quoties sponte nos cum sensuali delectatione ad voluptates carnis, mundi & creaturarũ convertimus, & per hoc creatoris & sponsi nostri obliuiscimur. Sæper itaq̃ cũ vi concupiscibili ad Deũ nos cõuertere debemus, ipsumq̃ rogare, vt in suo nos seruitio confortare dignetur, dicentes: Rogote dñe Deus meus, operari digneris in vi mea cõcupiscibili cũ nobilissimis seruis tuis p̃cellis principatibus, q̃ in tuo diuino obsequio semp laborãt, & da mihi per eorũ intercessionẽ tibi fideliter deseruire: idq̃ ad tuã delectationẽ.

Secunda prohibitio.

Non

LIBER I.

NON occides. Istud præceptum in vi irascibili scribendum est. Semper enim in omnibus, quæ nobis eueniunt, patientes esse debemus. Non enim plus sanctitatis habemus, quàm per æquanimem aduersorum sufferentiam promeremur. Habemus autem cauere nobis a duobus spiritualibus homicidijs. Primo namque toties animas nostras occidimus, quoties in mortale peccatum consentimus: non quod anima nostra moriatur, quæ semper victura est, sed a Christo eam separamus, & cunctorum meritorum ipsius, & totius ecclesie eam participio priuamus. Insuper occulte animas nostras occidimus, si per alia exercitia, aliamve viam vitæ æternæ beatitudinem obtinere & ingredi speramus, quàm per angustam illam viam, qua nos ipse dominus Iesus Christus præcessit, aut si nostris meritis æternam nos assequuturos vitam arbitramur. Hoc enim fieri non potest. Omnis namque iustitia nostra ante Deum est velut pannus menstruatus, & cuncta bona nostra ipse dominus per nos operatur. Et quia nemo ascendit in cælum, nisi filius hominis, qui est in cælo, necessarium nobis est, ut vnum cum Christo Iesu efficiamur, ipsique nos vniamus ac resignemus: Quia nimirum membra illius nos sumus, & ipse caput nostrum est. Debemus itaque ipsum incessanter orare, ut nos in precioso sanguine suo lauet, & cuncta nobis peccata nostra per sanctam ac amarissimam mortem suam indulgeat, nosque per sanctissima merita sua idoneos reddat, & suam in nos diuinitatem lucere faciat, ut per oculos nostros videre, per aures nostras audire, per os nostrum loqui, et per omnia membra nostra suum potissimum beneplacitum

L ij nepla-

MARGARITAE EVANG.

neplacitum operari, nosq; a peccatis & scādalis
præseruare velit: idq; ad honorem suum. Secun-
do, proximum nostrum toties spiritaliter occidi-
mus, quoties ei peccādi occasionem præbemus,
& quanto eius peccata atq; defectus manifesta-
mus: et per hoc eius bonā famā denigramus. De-
niq; pro huius obseruatione mādati sic orare de-
bemus: Obsecro te dñe Deus meus, operari di-
gneris in me cū cœlestibus potestatibus, & ma-
lum omne in me comprimere, quatenus in me
pacem habere possis.

Tertia prohibitio.

NON loqueris cōtra proximū tuū falsum
testimoniū. Hoc præceptū in lingua scri-
bi debet, quatenus ipsa a mēdacijs refreneſ, &
aduersus proximū mali quippiā proferre nō si-
natur. Post tergū nanq; proximi nostri nō solum
mēdaciter de ipso aliquid nō dicere, verū etiam
defectus eius celare debemus. Quicq; em̄ proxi-
mis nostris facimus, ipsi Deo facimus: et hoc ipse
sic accipit, quasi sibi ipsi faceremus, siue bonū sit
siue malū, prout in Euāgelio p̄ semetipsum asse-
rit, dicens: Esuriui, et nō dedistis mihi māducare,
Sitiui, & nō dedistis mihi potū. Pro huius obser-
uatiōe præcepti sic orare debemus: Rogo te o a-
mabilissime Deus per benedictā linguā tuā &
os tuū, & per oīa sancta verba, q̄ per ea locutus
es, indulge mihi qcquid ore meo deliqui, & di-
gneris in me operari cum nobilissimis virtuti-
bus, quæ semper virtutes operātur, atq; per ora-
tiones earum me virtutibus exornare digneris.

Quarta prohibitio.

Non furaberis. Istud præceptū in manibus
nostris scribi debet, & ipsum etiā spiri-
tualiter

LIBER I.

equaliter a nobis obseruandū est, diligenterque ea-
uere debemus, ne iniusta bona possidere inueni-
amur. Nam Deus vsurā exigit a nobis: Primo,
de corpore nostro & quinque sensibus nostris,
quomodo videlicet his ad honorē ipsius vsi si-
mus. Secundo, de anima nostra cū alijs omnibus
viribus eius, vtrum videlicet eis abusi simus.
Vt igitur corpus & animā in eius obsequio ex-
pendere atque consumere valeamus, sic orare de-
bemus: Oro te domine Deus meus per orationes
sanctorum Archangelorum operari digneris in
me acceptissimam voluntatem tuam, sicut in e-
is operaris: ipsi enim eam perficiunt semper. Es
adiuuā me, ne furer preciosissimum tempus, in
quo te laudare debeo, tibi que gratias agere, quia
nullum momentum est, in quo beneficijs ac do-
nis tuis non vtar.

Quinta prohibitio.

NON concupisces domū proximi tui, nec
desiderabis vxorē eius: non seruum, nō an-
cillam, non bouem, non asinum, nec oīa,
quæ illius sunt: nec corde mœchaberis. Istud pre-
ceptum scribi & obseruari debet in omnibus
mēbris corporis nostri. Templum enim, in quo
Deus requiescere debet, mundū esse oportet. Pri-
mo, in spiritu, ne videlicet cum delectatione aut
voluptate in bonis operibus, aut donis Dei rege-
scamus, neue ea propter aliquam cōsolationem
obtinendam faciamus. Secundo, in anima, ita vi-
delicet, vt omnes anime vires ad Deum sint con-
uersæ, vt cogitationes in Deū sint suspensæ, con-
cupiscibilis in Deo sua habeat desideria, spes in
Deo solo speret, gaudiū in solo Deo exulret, &
quicquid his in seipsa contrariū deprehendit, in

L iij cona-

eo naturam suam mortificet. Si vero mortificatio ista pura esse debet, oportet ut neque pro mercede, neque pro vlla re fiat, nisi ideo solum, ut Deus inde honoretur. Insuper intellectus pro Dei cognitione obtinenda laboret, vnde ratio illuminatur, ita ut iam minime verecundetur anima bonum operari, et contemptum sustinere: idque pure propter Deum, & non propter aliquod priuatū lucrum. Voluntas quoque vnū sit in vero amore cū voluntate Dei: & hoc ad delectationē ipsius, et non ad cōmodum nostrum, ut videlicet ipse in nobis gaudium habere possit. Tertio, in corpore, quatenus videlicet oīa membra ob amorē illius mūda seruemus, & specialiter quinque sensus nostros, & cætera mēbra nostra, ut in eis Deus habitare possit. Quo vero præceptum istud adimplere valeamus, Deū hoc modo rogare debemus: Obsecro te dñe Deus meus per ministerium & custodiā sancti angeli mei, & oīm sanctorū angelorū, custodi me cū eis, ac per eos, & operare in me potissimū beneplacitū tuum.

De duobus principalioribus mandatis,
in quibus cætera omnia includuntur.

Cap. LIII.

Diliges dñm Deū tuum ex toto corde tuo, hoc est, cū corpore tuo, carne tua, sanguine, ossibus & neruis, quibus ipse te cōpexit, & ideo cū ipsis ei seruire debes. Diliges etiā cum ex tota anima tua, hoc est, ex oībus viribus animæ tuæ, inhærendo videlicet per desiderium, siue vim concupiscibilē ipsi summo bono, & in ipso sperando & exultando: per rationem quoque summū bonum eligēdo, & ei cōstanter adhærendo: per

LIBER I.

do: per irascibilē deniq; malū omne prorsus odiendo. Diliges etiā eum ex tota mente tua, hoc est, in spiritu tuo, qui suprema pars est animæ, siue ipse spiritus animæ, siue scintilla animæ, siue radius animæ, siue caput animæ, siue deniq; lumen animæ, in quo Deus existit. Est autē simplex quædam, & nuda essentia, quā nemo intelligere, nemo scribēdo valet explicare, habetq; in se tres vires, in quas operatur, memoriā videlicet, intellectum & voluntatē. Equibus voluntas in Deo debet esse amissa, per nostri abnegationem. Intellectus in Deum absorptus, per clarā Dei cognitionē. Memoriaq; semper de Deo cogitabit. Necessariū est enim, vt quod amplius amamus, id ipsum frequentius cogitemus. Est autē istud summum præceptū, quod nobis Deus mādauit. Vnde S. Augustinus: Ille, inquit, tenet & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus, ita vt nihil appetat neque velit contra Deum, siue extra aut supra Deum, sed ipsum solum habeat possessorem cordis sui. Quantū namq; veræ charitatis quisq; habet, tantum etiam sanctus est, & non amplius. Si em̄ omnia totius mundi bona opera aliquis absque charitate Dei faceret, nihil ei penitus prodesse possent. Charitas Dei est, ad quam obtinendam cuncta bona opera & exercitia nostra dirigere debemus. Vnde S. Augustinus ait: Iussisti o dñe vt diligā te, aut mihi infernū minaris. Sed mihi satis magnus infernus est, quod te digne amare nō valeo. Da igitur quod iubes, & iube qd vis.

De diligendo proximo.

Diliges proximū tuum sicut teipsum. Præceptū istud trina vice nobis in vltima cœna dñs

L iij impe-

MARGARITAE EVANG.

imperavit, quatenus ipsum tanto melius cordi
 infixum seruaremus. Solet enim bonus filius te-
 nacius retinere ea, quæ pater suus ei in extremis
 mandauit. Primo itaque dixit: Filioli, adhuc mo-
 dicum uobiscum sum. Quæretis me, & quo ego
 vado, vos nõ potestis venire. Et uobis dico mo-
 do: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis in-
 uicem, sicut dilexi uos. In hoc cognoscent om-
 nes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habu-
 eritis adinuicẽ. Secundo ait: Hoc est præceptum
 meum, ut diligatis inuicẽ, sicut dilexi uos. Ma-
 iorem hac dilectionem nemo habet, quam uer-
 nimam suã ponat quis pro amicis suis. Vos a-
 mici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio uobis.
 Tertio denique ait: Hæc mando uobis, ut dili-
 gatis inuicem. Si mundus uos odit, scitote quia
 me priorem uobis odio habuit. Non est seruus
 maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos
 persequentur. Si sermonẽ meum seruauerunt, &
 uestri seruabunt. Patet ergo quia ter istud præce-
 ptum habemus a patre in deitate, a filio in deita-
 te, & a spiritu sancto in deitate: & hoc per Iesum
 Christum Deum & hominem. ¶ Et ideo præce-
 ptum istud sollicitè nobis obseruandũ est, & sa-
 pe nos ipsos examinare atque scrutari debemus,
 dicẽdo interius ad dñm: O amabilissime dñe De-
 us meus, tu mihi imperasti, ut te ex oibus cogita-
 tionibus meis diligã. Cogito etiã frequentius de
 te? Iussisti quoque dñe, ut te ex tota anima mea di-
 ligã. O amantissime Deus, diligo etiã te totis ui-
 ribus animæ meæ? Quid desidero? Quid intendo?
 Quibus cõsentio? Quid spero? In quibus gaudeo? Ubi
 doleo? Quid magis uerecundor? Es etiã tu mihi
 charissimus? Amo etiã te, & intendo super oia:
 aliquot

LIBER I.

alioquin em in te sperare, & in te gaudere non possum, o Deus meus, o vita anime mee. Præcepisti quod mihi, ut te ex toto corde meo diligam. Cor meum caro est, & in ipso vita est. Amo etiam te Deus meus; seruo etiam tibi omnibus membris meis. Foret etiam gratius mihi mori siue panem ostiatim mendicare, quam a te per mortale peccatum recedere. O domine Deus meus te ipsum, et quicquid habes, mihi dedisti. Do ergo & ego me ipsum tibi cum omnibus, quæ habeo, ut eis utaris pro arbitrio tuo, nunc & æternaliter. O si omnes tibi vniti essent homines. O si omnes tua præcepta seruarent. Hoc enim eis ex fundo cordis mei quam optime fauerem. Notandum, quod quisquis ista habet, ille proximum suum sicut se ipsum diligit, & secure potest cum filiali timore ac libero corde in Deum transire.

De septem sanctæ ecclesiæ sacramentis, qualiter videlicet in eis nos secundum spiritum habere debeamus, & primo de baptismo.

Cap. LIII.

MOX ut intra materna viscera viuere incipimus, & nobilis ac immortalis anima corpori nostro infunditur, ipsa per peccatum originale scædatur. Cum vero baptizamur, ab omni macula clari ac mundi effici-mur per virtutem sanguinis Christi. Fons namque corpus Christi, & aqua eius sanguinem signat, in quo tunc mundamur. Sacerdos vero nos baptizans, Christi vicarius existit: qui quidem primo sal ori nostro immittit, per quod significatur, esse nos creaturas racionales, intellectualesque, sortitas vna cum angelis intellectum ad

L V facien-

MARGARITAE EVANG.

faciendum bonum, & malum fugiendum. Secūdo, trina vice aquā infundit capiti nostro in nomine sanctæ Trinitatis. Tertio, inquit de nomine nostro, quod ei indicatura susceptore & susceptrice: & tunc illud scribit in libro vite, nosque cum Deo unimur, & membra Christi efficiamur: & ob hoc Christiani nuncupamur. Deus etiam pater per merita filij sui infundit nobis spiritum sanctū suum, de q̄ vivit anima nostra. Insuper ipsa eadē anima nostra totaliter mūda efficit, sicut erat quādo ex sua origine profluxit. Deinceps sacerdos mundū lintheū accipiēs, ponit illud super caput pueri baptizati, mandās ei vt vestem candidam, quam ibi accipit, sine macula perferat ante tribunal Christi. Et ideo summo opere necessarium est, vt bene instituantur pueri, qualiter secundū p̄cepta Dei, & sanctæ ecclesiæ viuere teneantur.

De confessione.

Secundum sacramentum est pœnitentiā, cuius pars est confessio. Quia enim ex nobis ipsis nihil boni habemus, neque possumus, sed ad omne malū procliuēs sumus, ideo sæpe in peccata labimur. Post quorum perpetrationem, si cum Deo in gratiam redire volumus, peccata nostra humiliter, distincte, clare & spōtanee cōfiteri debemus, cum fide, vt videlicet firmiter credamus Deū peccata nostra libenter velle remittere, si nos ea pro infirmitate nostra libenter cauere velimus. Cū spe q̄q; ea cōfiteri debemus, vt videlicet speremus cū nobis oēm, quā peccatis nostris meruimus pœnā, indulturū, si pro hoc ipsū rogauerimus. Cū amore deniq; cōfiteri oportet

LIBER I.

portet peccata, ut .s. doleamus de peccatis magis propter Deum, quam propter nos ipsos. Deus etenim nobis uti desiderat, & delicia eius sunt esse cum filiis hominum: sed hæc nos ei præcipimus, quæ peccato committimus. Magis itaque dolere debemus de gratia Dei, quam perdidimus, quam de pena, quam peccando meruimus. ¶ Porro, quando ad confessionem iturum sumus, primo nos per amorosam unionem cum Deo unire debemus, ipsumque rogare per merita sanctissime humanitatis suæ, ut suam in nos benedictam diuinitatem lucere permittat, & nostra nos peccata cognoscere faciat, eaque nobis cum vera contritione committeri donet. Ante omnia vero ipsi Deo confiteamur, sic dicendo: O benedicte Deus, ab æterno in tua diuina memoria, intellectu & voluntate fui, & in eis etiam nunc sum. Sic enim semper de me cogitas, quasi nullam aliam creaturam haberes. Et per diuinam presentiam tuam in me existis, & clare intueris omnes cogitationes, affectiones & intentiones meas, in eundo & stando, in agendo & dimittendo, & in omni locutione atque silentio meo. Ideoque rogo & obsecro te domine Deus meus, per merita sanctissime humanitatis tuæ, permittas diuinitatem tuam radiare per me, & indulgeas mihi, quicquid per infirmitatem deliqui in tuam diuinam potentiam, & per ignorantiam in tuam sapientiam, & per malitiam in tuam bonitatem: idque per merita purissimi vulneratiq; corporis tui, tristissimæ animæ tuæ, & humane gaudiosi spiritus tui. Et facta deinceps discussione conscientie nostræ, sacerdotem vice Dei fungentem accedamus, eique peccata nostra tam nude confiteamur, sicut dominus in cruce nudissime stetit, firmiterque credamus eum nobis peccata nostra dimisisse, ipsumque

roge-

MARGARITAE EVANG.

rogemus, vt suis nos exornare sacris virtutibus dignetur.

De confirmatione.

Sacramentum tertium est, confirmatio. Quando confirmamur, Episcopus nominando singulos nominibus suis, summitate pollicis dextræ manus chrismate intincta facit crucem in frontibus nostris, datque singulis leniter alampam super genam, insinuans per hoc quod Christum sequi debeamus, qui ait: Si quis te percussit in vnâ maxillam, præbe ei & alteram. Et qui vult tunicam tibi tollere, dimitte ei & pallium, hoc est, si quis te percusserit, potius admittas plura verbera, quam percutientem repercussas. Et si quid tibi ablatum fuerit, potius admittas etiam plura tibi auferri, quam inde litiges. Sic igitur confirmatio significat, quod Christi imaginem sequi, & nostra membra suis membris conformare debemus, quatenus videlicet oculis, auribus, ore, manibus & pedibus nostris sic vt ionemur, quomodo ipse suis vsus est: & hoc per abnegationem nostri, vt scilicet istud non propter aliquam nostram mercedem, siue hic, siue in futuro percipiendâ, sed pure pro Dei gloria & honore faciamus. Intellexit hoc sanctus Petrus, quando dicebat: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Volens autem eum instruere dominus, quoniam scilicet sciebat eum esse oportere, aiebat: Omnis qui reliquit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum. (Aduerte bene quod dicit, propter nomen meum) centuplum accipiet, et, si

LIBER I.

et, & vitam æternam possidebit, hoc est, habebit hic prælibationem quandam vitæ æternæ, sic videlicet, quod Deus hic ipsum possidebit, et memoriam eius vertet in sapidam sciētiam, dādo ei gustum Euangeliorum, & intellectum eius in diuinam contemplationem, ita vt Deum valeat contemplari, & voluntatem eius diuino replebit amore. Si igitur hoc pacto Christum Iesum dominum nostrum intus & exterius, prout tenemur, secuti fuerimus, ipse nos eo perducet, q̄ nos præcessit, in suæ videlicet diuinitatis fruitionem, in qua vitam æternam possidebimus: in qua vita cognoscemus, qualiter totus est in verbo, hoc est, in Christo Iesu pater, & qualiter nos per filium cum diuinitate vniti sumus, quæ nimirum vnio per amorem vtriusque, qui est ipse spiritus sanctus, nunquam infringetur.

De venerabili sacramento preciosi corporis & sanguinis domini nostri.

Quartum sacramentum est Eucharistia, in quo Deus seipsum dat nobis cum corpore & anima, cum vniuersis meritis suis, & cum tota diuinitate sua ita veraciter, sicut in cœlum ascendit, glorificatus cum eadem diuinitate sua. Nos autem patri placere non possumus, nisi per filium: & hoc per amorem spiritus sancti. Si ergo cum patre vniri volumus, necesse est, vt in sacramento filium eius recipiamus. Quia vero pater in filio est, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtriusque complacentia est, in hoc sacramento Deum pariter & hominem recipimus. Porro per merita sanctissimæ humanitatis

MARGARITAE EVANG.

nitatis suæ idoneos, & aptos nos facit ad hoc, ut
 diuinitas eius in nobis operari possit, multūq; de
 siderat nos in se trāsformare & vnire. Ne igitur
 sacramētū istud ad nostram damnationē sumi-
 mus, ip̄m veterē hominē cum oībus actibus su-
 is exuere nos oportet, hoc est, Deū orare debe-
 mus pro ꝑa de peccatis nostris cōtritione, utq;
 lauare nos velit in sacrosancto sanguine suo, di-
 mittēdo nobis peccata nostra p̄ sanctūssimā acer-
 bissimāq; passionē suā, nosq; sanctūssimis virtu-
 tibus suis exornare dignē. Deinde cōsiderare de-
 bemus beneficia eius, quæ nobis contulit in cre-
 ando nos, precioso sanguine suo redimendo, &
 seipsum nobis in cibum tribuendo. Quæ sane tri-
 plex charitas corda nostra p̄ gratitudinē lique-
 facere posset. Et quia cibum hunc nunquam di-
 gne percipere possumus sine ip̄so, qui nobis hic
 seipsum tribuit, nos in fidei lumen iactemus, cre-
 dendo videlicet Deū per diuinitatē suā in nobis
 existere, & per merita sanctūssimæ humanitatis
 suæ libenter in nobis operari velle, si ipsum pro
 hoc rogauerimus. Et ideo ante omnia omnes vi-
 res nostras abintra, & membra nostra abextra
 cum ip̄so vnire debemus, sicut alibi in hoc libro
 latius differitur.

De sacramento ordinis.

Q Vintum sacramētum est status sacerdo-
 talis & sacri ordinis, cuius professores
 consilia dominica sequuntur, castitatem
 videlicet, obedientiā & contemptū regū seculari-
 um. Quē statū quicumq; rite obseruāt, Christi di-
 scipuli existūt, & his ipse dicit: Adhuc modicū
 & mundus me iā non videt, i. mundani ac vani
 homi-

LIBER I.

homines, qui Deū nō contemplabunt. Vos autē videtis me, quia ego uiuo in uobis per fidē, & vos uiuetis. In illo die uos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, et ego in uobis. Sacrum hunc ordinē, istudq; sacramentum ipse dñs obseruauit, prout tota eius sanctissima uita attestatur: & qui in hoc ipsum sequuntur, hi nimirum sunt charissimi filij & hæredes eius, quos per orationes & merita humanitatis suæ perducat in fruitionem sublimis diuinitatis suæ.

De matrimonio.

Sextū sacramētum est, sanctū matrimoniū. Porro Iesus Christus dñs noster sponsus est sanctæ ecclesiæ, & oēs Christifideles eiusdē ecclesię mēbra sunt: & hi oēs in Christo Iesu uerā fidē, unū baptisma, unū dñm habere debēt. Caput huius ecclesię est Christus Iesus Deus & homo, qui, ut dixi, & sponsus eius est, & ipsa spōsa illius, quā ipse sibi despōsauit in patibulo crucis p̄cioso sanguine suo, & amarissima morte sua redemit, sanctissimisq; uirtutibus ac meritis suis exornauit, tribuēs ei uniuersa hæc, quatenus se his exornare ualeat ad placendū Deo patri, & ut quæties peccatis fœdata fuerit, in p̄cioso sanguine suo se denuo lauet. Debet itaq; sponsa Christi semp esse memor primæ illius despōsationis & modi quē despōsata fuit, quæ est fidelis fides, quā ipsi semp absq; fictiōe seruabit, ita ut eius honorē sup omnia quærat & intendat, & in ipso super omnia confidat. Loci quoque in quo despōsata fuit, continue memor esse debet, qui fuit in monte Caluarie, in ipso patibulo crucis.

¶ Sic itaque Iesus est sponsus noster, qui saluator mundi

MARGARITAE EVANG.

mundi interpretatur, id est, omnium hominum in mundo existētium: qui & Christus, id est, vnctus appellatur: q̄ Deus pariter & homo est. Propter quod ipse ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, id est, qui credit in me & confidit mihi, de ventre eius, id est, ex fundo eius, flumina fluent aquæ viuæ, id est, talenta a Deo spiritum accipiet, qui verum totius scripturæ sensum capiet: & ipse extra seipsum, instar aquæ, fluet, viuificans omnes, qui verbum Dei ex ore eius percipient. Est nanque dominus Iesus signum illud, quod Noe dabatur in fœdus pacis. Et ipse serpens ille est æneus, quæ Moyses in deserto, domino iubente, erexit: a quo oēs quibuscunque peccatis onerati, sanari possunt. Ipse quoque est agnus, qui solus dignus est accipere librum, & aperire septem signacula eius. Ipse est ostium apertum in cœlo, per quod omnes transire habent, qui ad cœlestia regna peruenire desiderant, sicut ipse de seipso testatur, dicens: Ego sum ostium ouilis, per me si quis introierit, in agnitionem videlicet diuinitatis, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingrediendo nanque in diuinitatem meam, deducetur ad montem excelsum æternitatis, in deliciosissimas diuitias diuinæ essentia. Egrediendo autem in considerationem nobilissimæ ac generosissimæ humanitatis meæ, omniū virtutum mearum pascua inueniet. Ipse etiam est thesaurus sanctæ ecclesiæ, ex quo omnia eiusdem ecclesiæ membra cuncta sibi necessaria haurire possunt. Ipse est mons aureus, ex quo omnes homines pecunas ac debita sua cœlesti patri persolvere valent. Ipse denique est funis a Deo patre emissus, quo

omnes

LIBER I.

omnes exules ei adherentes attrahit, vt non per-
eant, sed vitam habeant æternam.

De sacra vnctione, & præparatione deuos- ta ad mortem.

Septimum sacramentum est vnctio extrema,
quæ dat omnibus in fine vitæ suæ cõstitutis.
Vngitur aut sacro oleo moriturus qsq; ad
oculos, ad aures, ad labia, ad nares, ad manus,
ad pedes & ad renes. Porro sacrum oleum istud
significat aquam illam & sanguinem, quæ de
sanctissimo corde domini nostri in cruce pendē-
tis ac mortui promanabant, ex quibus sanguis
tantæ virtutis extitit, quod cæcus ille miles, qui
latus domini lancea perforauit, per eum visum
recepit, & gratiam obtinuit: & ideo cum magna
deuotione in extremis constituti, sacramentum
istud suscipere debent, quatenus per hoc eis re-
mittatur, quicquid in alijs sacramentis neglexe-
runt. Et quando sacerdos membra eorum sacro
oleo inungit, cogitare debent, quod aqua gratiæ
& amoris sanguine, quem dñs in monte Cal-
uariæ ex sanctissimo ac amorosissimo corde suo
large effudit, mundantur: Deumque abintra al-
loqui debent, dicentes orationem illam, quam
in tertio huius Margaritæ Euangelicæ libro of-
fendes.

De octo beatitudinibus in spiritu exercen- dis. Cap. LV.

Beatī pauperes spiritu, quoniam ipso-
rum est regnum cœlorum. Verba oris tui sunt
hæc domine Deus meus. Rogo ergo te o g-
M terna

MARGARITAE EVANG.

æterna beatitudo, doce me, quid sit esse beatum. Beatum est (inquit dominus) ipsum proprium nomen meum, quod ego ab æterno habui, quodque daturus sum omnibus illis, qui hanc meam doctrinam corde retinent, & operibus adimplent, ac que inde vires anime suae exornant. Beati pauper spiritu. Beatitudo ista in spiritu scribenda est, quia cum sit imago Dei, unde anima viuit, habeatque Deum intra se, ideo conuertere se in Deum cum viribus suis debet, cum memoria videlicet in patrem, cum intellectu in filium, & cum voluntate in spiritum sanctum: hicque vires suas amittere, & omnem libertatem suam abnegare spiritus debet, cogitans hoc pacto: Si Deus in me est, quid ergo ipsum quaero extra me? Si creator meus, ac beatitudo mea intra me est, cur ipsam foris quaero? Si ergo in me es, o domine, dic mihi obsecro, quonam pacto in me sis. Ego quidem praesentiam tuam intra me non sentio. Deus: Noueris o anima sic me esse intra te, quomodo sol est in caelo. Et licet ipse non semper luceat, virtus eius nihilo minus integra sibi manet in caelo. Quod autem non semper lucet, inde fit, quia nimirum ab aeris intemperie praepeditur. Sic o anima nobilis, & inter me & te scias esse. Equidem per diuinitatem meam cum diuina virtute mea in te semper existo, sed tu hoc ipsum neque rite credis, neque recte intelligis. Quod enim per gratiam meam in te non operor, & quod tu me non sentis, quodque in te non ago, inde accidit, quod mihi tuis iniquitatibus obicem ponis, quodque me non rite cognoscis, neque diligis. Et ideo neque tu me frui, neque ego te vti perfecte possum.

¶ Ab

LIBER I.

Abnega proinde te metipsum o homo & facta te simpliciter in ipsum lumen fidei, credendo firmiter Deum esse intra te, & quod tu ipse nihil es, nihil scis, nihil potes, atque sic ores: O domine Deus meus, qui cœlum imple & terram, qui vita es animæ meæ, quia ego nihil charius habeo quam me ipsum, ideo me ipsum totum tibi do, teque rogo, vt primo suscipias propriam imaginem tuam, & deinde me, qui sum vas iniquitatis, & fac mecum iuxta potissimum beneplacitum tuum in tempore & æternitate, & trahe me totum in te adeo perfecte, vt a te nunquã valeam separari. O cœlestis pater, ex hoc iam rege cogitationes & desideria mea, quæ tibi vere do, & tua veraciter facio, oroque te, vt quod tuum est, custodire digneris. Tu nanque es æterna, increata & insuperabilis fortitudo: ita vt qui in manibus tuis sunt, nemo eos rapere valeat ex eis. O spiritus sancte Deus, dirige voluntatem & amorem meum. Tuamque sunt, & ideo non sinas perire quod tuum est, quia tu es æternus & increatus patris & filij amor. O filii Dei altissimi, dignare obsecro illuminare & instruere intellectum & rationem meam iuxta potissimum beneplacitum tuum. Ego enim intellectum meum & omnem libertatem meam, in qua me posuisti, animam quoque et corpus meum, & quicquid sum vel possum, tibi nunc reddo cum plena meipsum abnegatione, confitens humiliter me sine gratia tua nihil omnino posse. Et quia veraciter scio neminem tuæ potenti virtuti resistere valere, ideo rogo te Deus meus, vt mei potens ac memor esse velis, & trahe me in te, vniusque me tibi: tibi (inquam) qui

M ij es sum-

MARGARITAE EVANG.

es summum bonum illud, quo pleni sunt coeli et terra. Si ergo o domine Deus meus coelum & terram repleas maiestate gloriae tuae, etiam me replere digneris, qui sum vas luteum, faciasque tuum in me habitaculum, & me vere pauperem spiritu reddas: ita ut extra te neque velim, neque sciam, neque appetam, neque esse velim aliquid, sed ut te domine Deus meus sequar in tali paupertate, talique statu, in quo tibi est acceptissimum. ¶ Nunc igitur, o anima mea, fugias ex animo, quicquid huic sanctae paupertati contrarium est, & adimplere satagas quicquid ei proficuum esse cognoveris, ut esse merearis una ex eis, a quibus regnum coelorum vim patitur. Quod quidem regnum coelorum est ipsemet Deus, cui pauperes vim inferunt & violenter rapiunt, quia ipse veraciter eorum est: & ideo ipsi beati sunt eadem beatitudine, qua Deus ipse beatus est, eosque vocat proprio nomine suo. ¶ Dentque pauperes isti primo mori debent omnibus illis, qui in eis sensualiter vivunt. Secundo, semper novam quadam fame Deum insatiabiliter desiderare. Tertio, paupertatem sustinere, eamque nulli melius quam sibi ipsi favere. Quarto, separare seipsas ab omni creatura, in qua aliqua extra Deum delectationem habere possent. Quinto, multum humiles intus & exterius esse. Sexto, mentem semper in Deum elevatam habere. Septimo, sitibundam devotionem habere. Octavo, nihil appetere scire nisi Deum. Nono, extra seipsos nihil eorum, quae eis ad salutem necessaria sunt, extra seipsos quaerere, sed semet introrsum convertere, ubi Deus semper est praesens. Decimo, nulla spiritalia dona ad lectum deferre, id est, in nullis Dei donis requiescere, & nulla talia bona

LIBER I.

bona per patentem campum deportare, id est, in eis gloriari, neque sibiipsis ea tribuere, sed omnia bona soli Deo ascribere, & credere Deum esse in eis. Et ideo semper extra & intra seipsos in Deum fugere debent, eique offerre omnia, quæ ad ipsum pertinent, et discere ab eo, quicquid eis necessarium existit, nec in aliquo alio, præterquam in ipso solatium quærere, eique æquali semper stabilitate & fidelitate adhærere, siue consoletur, siue non, sicque cogitare. **Q**ui amantissime Deus, satis iustum est ut subtrahatur mihi diuina familiaritas tua, qui tibi toties tam infidelis extitisti. Ego vero in desolatione libenter constituam solatium meum, ut diuina iustitia tua perficiatur: quæ non nisi iuxta meorum exigentiam meritorum iudicare potest. Rogo autem te mi domine, conforta me in amore tuo (quia sine auxilio tuo nihil possum) & tunc pro tuo arbitrio eas & redeas, sicut hoc magnos dominos decet.

Secunda beatitudo in concupiscibili scribenda.

Beatum mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæc beatitudo in vi concupiscibili scripta esse debet. Vbi nanque cor mundum extiterit, ibi Deus in anima videtur. Siquidem anima in corde est, cuncta corporis membra viuificans, habetque in se vires multas variasque inclinationes, quas omnes esse mundas oportet, ita ut cum voluptate siue delectatione nulli inhæreant creaturæ, & cum desiderio nihil nisi Dei gloriam quærant. Ideo quisque vires animæ suæ cum quinque sensibus cunctisque membris

M iij suis

MARGARITAE EVANG.

suis semper in Deo seruare, eaq; omnia in lumē
 fidei proficere debet, credens Deum esse intra se
 & iuxta se, libenter eum adiuuare volentem (si
 hoc petierit) qui dabit ei coronam aureā, quam
 nemo alius habebit, & canticum nouum canta-
 bit, quod nemo alius cantabit, & agnum seque-
 tur, quocunque ierit. ¶ Rogo itaque te Deus
 meus, doce me, quis sit agnus iste, & qui sunt,
 qui sequuntur eum: & quonam vadit agnus iste.
 Agnus est (inquit dominus) mea nobilis, inno-
 cens, pura & incontaminata humanitas, vni-
 ta summæ ac venerandæ diuinitati meæ: qui a-
 gnus seipsum semper recreat, & pascitur in sum-
 mæ meæ diuinitatis monte, eumq; sequuntur om-
 nes qui sua calci amēta deposuerunt, & laue-
 runt pedes suos. Hi sunt qui seipsos non solum
 ab immundis actibus, sed etiam ab omnibus
 malis cogitationibus, affectionibusq; custodie-
 runt: & sic calci amēta sua exuerunt, id est, cuncta
 a se mala desideria reiecerunt, & cum desiderio
 Christum in castitate sequuntur: quatenus altissi-
 mo suæ diuinitatis monti propinquare, suaq; de-
 itate perfrui valeant. Etiam pedes suos lauerunt,
 id est, quando seipsos ad mala desideria propen-
 sos inuenerunt, euntes lauabant se in amara pas-
 sione & precioso sanguine agni, & cuncta ibi
 mala desideria sua perdiderunt. Et ideo digni
 sunt agnum sequi, & sua vna cum ipso diui-
 nitate perfrui. Insuper & canticum nouum can-
 tabunt, quod nemo alius cantare poterit, id est,
 diuino lumine præ omnibus clarissime trans-
 radiabuntur, per quod lucidissime cognoscent
 Deū in ipsis existere: & ideo Deū semper magni-
 fice laudabunt cum cognitione pariter & amo-
 re in

LIBER I.

re in quieta ac manifesta fruitione, vniti ipsi sine medio, in illo nūc sempiterno. Et hoc est canticum, quod cantabunt. Coronā etiā auream habebunt, quā nemo alius habere potest: quæ est quidam splendor siue claritas, quæ eorum capita circūdabit, quā ipsi a summa deitate præ alijs sanctis sunt accepturi. Hoc igitur modo beati sunt mundicordes, eosque sponus ille inuisibilis amabit, Deus videlicet omnipotēs, qui est sponus mundarum animarū: qui licet in seipso est inuisibilis & incomprehensibilis, delectatur tamen in anima munda: cuius etiam fructibus, id est, mūdis, deuotis flammigerisque desiderijs pascitur.

Tertia beatitudo in vi rationali.

BEati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hac beatitudine vis rationalis exornari debet. Et quia Deus est pacificum, quietum, tranquillum & incommutabile bonum, quod nunquam ad indignationem moueri, cuius pax nunquam turbari potest, qui semper æque tranquillus existit, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, id est, lumen diuinæ gratiæ suæ ita paratus est diffundere super malos, sicut super bonos, si modo conuerti uoluerint, & pluit super iustos & iniustos, id est, æque corporis necessaria ministrat suis inimicis, sicut amicis: ideoque filij Dei perfecti esse debent, sicut & pater eorum cœlestis perfectus est, & libenter aliquid pati supra æquitatē & rationē, quando etiā non meruerūt: nec luctari debet ratio eorū pro excutienda a se aduersitate huiusmodi, sed humiliter ac resignato animo semetipsam spōte tradere captiuā, dicereque cū Iesu, quod ipse

M. iij. dice-

MARGARITAE EVANG.

diebat inimicis suis: Si me quæritis, accipite me et exosculari tam amorese tribulationem illam, sicut ipse osculabatur proditorē suum, sicque cogitabit: O amantissime pater domine Deus meus, si vis, vt veniat super me tribulatio ista, fiat pro desiderio tuo acceptissima voluntas tua. Tantummodo conforta me in ea, & adiuua me, vt eam pro amore tui tam libenter sustineam, sicut tu propter me passus es.

Quarta beatitudo in vi irascibili.

Beatī mites, quoniam ipsi possidebūt terrā. Primo quidem mites possidebunt terrā viuentium, id est, dñm nostrū Iesum Christū cum omnibus opulētissimis meritis ipsius, q̄ nobis ipse daturus est: qui etiā habitare vult in nobis, si mites fuerimus, seq̄ iarra nos abscondere, nosq̄ tueri ab omni noxia tētatione, & vim nostram irascibilem in mititatem mutare. Secundo possidebunt propriam terram. i. carnem suam et sanguinem. Quantum enim in mititate proficiunt, tantū etiam in puritate crescunt. Tertio possidebunt terram proximorū suorū. In eo nanq̄ humiles sunt atq̄ mites, omnes sibi homines attrahunt. Rogare proinde sapius hoc pacto debemus: O mansuetissime agne Dei, immuta superbam ac tumidam vim meam irascibilem in mititatem, & sic me in tuo conforta amore, vt nunquam bene agere cessem.

Quinta beatitudo in amore animæ.

Beatī qui esuriunt & sitiūt iustitiam, quoniam ipsi saturabunt. Hæc beatitudo in amore scribi debet, quatenus videlicet amor in anima iugiter esuriat ac sitiāt ad fontem viuū

LIBER I.

uium & ad riuos aquæ uiuæ, nec vnquam ces-
set ab oratiōe, donec inde bibere mereatur. Quo
facto, nullam deinceps rerum labentium aut va-
narū sitim patietur, sed multo magis esuriet ac si-
tiet iustitiam, id est, amorem Dei, in quo quanto
amplius profecerimus, tanto etiam in vnione
Dei crescemus: & quantum Deo vnimur, tātum
etiam ipsum in ipso & per ipsum cognoscemus.
Quanto vero lucidius ipsum cognouerimus, tan-
to amplius diligemus. Et quantam ipsum cum
ipso & propter ipsum dilexerimus, tantum eti-
am ipso fruemur, & ipse nobis in gaudijs semp-
ternis. Et tunc perpetue esuriemus ac sitiemus iu-
stitiam, id est, ipsum Deum. Quantumcunque e-
nim de ipso manducamus siue bibimus, satiari
omnino non valemus: & hoc modo nos cunctis
gulosiores sumus. Quantumcunque enim mandu-
camus, nūquam satiamur altissimo amore isto,
qui nunquam infringetur.

Sexta beatitudo in manibus animæ.

BEati misericordes, quoniam ipsi misericor-
diam consequentur. Ista beatitudo in ma-
nibus animæ signanda est. Quisquis enim
siue a Deo, siue ab hominibus misericordiam
consequi sperat vel desiderat, ille misericordi-
am impendere debet & sibi & proximo suo, &
ipsi quoque domino Deo suo. Primo itaque mise-
ricordiam impendet Iesu Christo, præcipuo ani-
mæ suæ amatori, qui semper stat ad ostium cor-
dis, id est, ad desiderium animæ, pulsaturque, dicens:
Aperi mihi soror mea, & memento quæso quod
frater tuus effectus sum per humanæ naturæ tuæ
assumptionē, desiderans paternam hæreditatem

M v meam

MARGARITAE EVANG.

meam tecū diuidere. Aperi mihi sponsa mea desideria cordis tui, meq; in eis requiescere permittite, qui sum spōsus tuus, velisq; meminisse quam charum precium, corpus videlicet, animam atq; sanguinem meum pro te dederim. Miserere itaque mei, & tuā ipsius operare salutem, ne me inaniter effudisse contingat sanguinem meū. Aperi mihi formosa sponsa mea, & agnosce me esse creatorē tuum, qui te tam pulchram ad meā ipsius imaginē feci. Reuertere igitur in originē tuam, vñ tam pulchra emanasti. Desidero em̄ de nouo recipere te, saltem ostende mihi faciē tuam .i. intentionem tuā, meq; pro auxilio iugiter implora, vt sic te iuuandi habeam occasionē. Ecce sto post parietē, & pulso. Manifestare meipsum non valeo, eoq; alienos amatores admisisse te cerno. Ecce enim memoria tua dispersa est, intellectus obscuratus, voluntas recurua, desideria infirma, & amor perq̄ modicus. Miserere obsecro tui, Declina a malo, & fac bonum. Da, & dabitur tibi. Dimitte, & dimittetur tibi.

Septima beatitudo in pudore.

Beatī qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Hęc beatitudo in pudore animæ scribenda est, ita vt nullatenus quis erubescat Deo seruire, & subtrahere sibi oēs sensuum oblectationes, vt q̄tidie niti mori sibi ipsi, propriāq; naturam, & ab omni se creatura elongare. Et si ob hoc forte despectus fuerit, erubescere non debet, nec ab huiusmodi studio cessare, quinetiam si omnia a se meliori modo facta alij in peius, imo pessime interpretentur, hoc humiliter & cum animi verecundia sufferre debet, & lugere cæcitatem atq; transgressiones proximorum suorum.

LIBER I.

orum, & damnum quod sibiipsis sua malitia inferunt.

Octava beatitudo in gaudio.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint propter me, ait dominus: Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cœlis: imo tam multiplex, q̄ sæpe propter virtutes oppressi siue despecti fueritis. Notandum, q̄ Deus est fundus vel origo oīm virtutum. Qñ ergo virtutes sequendo, persecutionē propter ipsas patimur, tūc ipsæ virtutes nobis pro præmio dantur. Hæc beatitudo gaudiū animæ exornat: q̄d sane merito gaudere potest, quoties pro Deo quis aliquid pari habet. Tunc enim beatus est, & beatitudo eius magna & multiplex existit.

Qualiter septem artes liberales exerceri debeant circa septem verba Christi, quæ in cruce loquebatur. Cap. LVI.

Prima artium liberalium Grammatica dicitur, q̄ est ars recte loquendi: quam artem nos Christus edocuit, qñ dicebat: Pater mitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Et nos ergo sic bene loquendo, & bene faciendo, & inimicis nostris ex fundo cordis, verbis et operibus ignoscendo, ita vt in nullo charitas minuatur, et amicos & inimicos amorose affari debemus. Christus namq̄ ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Non quidem in potentia, quā Lucifer rapere dum volebat, corruit. Neq̄

MARGARITAE EVANG.

Neque in sapientia, quia dum Adam & Eva
 plusquam oportebat scire volebant, extra para-
 disum eiectioni sunt, neque in diuitijs, quas diabolus
 quidem promittit, sed perpetuam reddit pauper-
 tatem: verum in bonitate perfectio ista consistit
 ex qua Deus solem suum oriri facit super bonos
 & malos. Et in hac bonitate nos ei similes esse
 debemus, dando unicuique mensuram bonam
 corpus, in bona & in honorem ipsius: & men-
 suram confertam, imprimendo videlicet omnibus
 numerum & virtutes in animam ipsius: & mensuram
 supereffluentem, rogando videlicet Deum, ut
 os ab intra cum gratia sua perfluere ac superfluere
 re dignetur. Et sic perficiemus illud Christi pre-
 ceptum dicentis: Estote misericordes, sicut & pater
 vester coelestis misericors est. Dimittite, &
 dimittetur vobis. Mensuram supereffluentem da-
 bunt in sinum vestrum. ¶ Secunda ars dicitur
 lectica, quae est differendi scientia, quam nos-
 tem Christus edocuit, quando latroni dicebat
 Hodie mecum eris in paradiso. Quod non sim-
 pliciter intelligi debet, quasi eadem die in tem-
 plum admissus fuerit paradysum. Descendit
 que in limbum, quo et anima Christi descen-
 dit cum tota diuinitate sua, quae est ipse paradysus.
 Porro, artem istam spiritaliter exercere, est
 unicuique pro suo captuloqui, & paucis verbis
 ta innotescere, sicut et ipse Christus sapius in
 rabolis inuenitur esse locutus, specialiter cum
 liere illa Samaritana, cui & dixit: Qui biberit
 aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.
 Et rursus alio loco, cum Iudaeos ex templo
 eiecisset, & ipsi, in qua haec potestate faceret, inter-
 rogarent, respondit: Soluite templum hoc, &
 in tribus diebus reaedificabitur.

LIBER I.

bus diebus excitabo illud. ¶ Tertia ars Rhetorica dicitur, quæ nos docet ornate loqui. Et hæc artem nos Christus edocuit, quādo matrem suam in inimicis pressuris constitutam, tam ornate alloquebatur dicens: Mulier ecce filius tuus. Mulierem eam idcirco vocās, quod ipsum cœlesti patri continue rursus offerebat, cumq; denuo per profundissimam humilitatem & gratitudinem in diuinā origine pariebat: ex qua ipsum purissima virgo existens conceperat, & virgo permanens, pepererat. Adeo nanq; mentem suam liberam seruabat ab omnibus donis sibi a Deo collatis, ac si Dei mater minime fuisset. Et eodē modo nos quoque mater esse possumus & virgo. Virgo quidem sumus, quādo dona Dei ab ipso suscipimus: & mulier, quando hæc eadem rursus offerimus ipsi: cuius tamē veraciter propria existunt. Christus nanq; alloquendo matrem suam, docuit nos ornate alloqui amicos nostros: quod & inimicis nostris præstare nos docuit in eo, quod Iudam tam dulciter alloquebatur, dicens: Amice, ad quid venisti? In corripiendo quoque hoc nos obseruare voluit, vt cum trabē prius ex oculis nostris eiecimus, ornate proximo nostro dicamus: Liceat mihi festucam eicere ex oculo tuo, magis per obsecrationē, quam increpationem. Seruauit hanc etiam artem Christus post mortem suam, cū inferni claustra penetrās, dicebat: Attollite portas principes vestras, et eleuamini portæ æternales: principes eos vocās, & non maledictos dæmones, siue abiectas creaturas. ¶ Quarta ars Musica dicitur, quæ est scientia dulcium melodiarum, & diuersorum instrumentorum musicorum, quæ cor aperuerūt ad suscipien-

MARGARITAE EVANG.

sciendum diuinum influxum, & spiritum ex
 tant ad amoro sum amplexum, vt vnus cū Deo
 spiritus efficiatur: ad manandū quoq; & lique
 endū in ipsum dilectum, & vt a torrente volu
 ptatis eius adeo inebrietur, vt nos ipsos & oī
 creaturas penitus obliuioni tradamus, ad quod
 omnis cantus atque lusus est institutus. Porro
 sunt quidam amici Dei, qui non audēt lusus mu
 sicos audire, timentes se per hoc fore capiendos,
 sicut serpens, qui dum dulces sonos audit, obtu
 rat aures suas, capi metuens. Attamen continere
 se non potest, quin interdum auscultet, & per
 hoc sese erigens manifestet, exiens de antro suo
 quod tunc ilico magistri obturantes serpentem
 capiunt, eumq; in scrinio cum triticeo pane di
 bus quatuordecim includunt, qui panis indies re
 nouatur, & cura adhibetur, ne serpens terram
 contingat. Et sic ab omni veneno mundatur, ita
 vt secure manibus tractari possit. Quod iam ad
 spiritalem sensum trahamus. Quando timemus
 per cantus delectationem aut dulces chorda
 rum sonos abstrahi nos ad mundi vanitates, nos
 ipsos in specu nostro, id est, in intimo spiritus no
 stri includere debemus, ita vt terram nullatenus
 attingamus, & quotidie sumere recentem triti
 ceū panem. i. venerabile sacramentū, qd semper
 spiritualiter accipere possumus, cauēdo nobis
 terrena quaelibet contingamus, vnde intoxicari
 possumus. Et ideo quotidie ipsum venerabile sa
 cramentum spiritualiter sumere debemus, & sic
 ab omni veneno nostro liberabimur, ita vt ita
 secure quaslibet suaues melodias atq; musica
 lusum tanq; spiritalem materiam ad Dei gloriam
 & spiritus vnionem audire possumus. Hac
 veter

LIBER I.

veteris Testamenti patres utebantur: qui quo-
 ties mens eorum grauabatur, & spiritus attædia-
 batur, citharam vel aliud quoduis musicum in-
 strumentum ad excitandū spiritum suum, & vt
 apti essent spiritū prophetiæ suscipere, sibi addu-
 ei faciebāt. Fecit hoc & Dauid & alij nonnulli,
 qñ grauati erant. Similiter & Christus hac arte
 utebatur, qñ in cruce velut cithara bene disten-
 ta (cuius oēs chordæ rite sunt ad punctū disposi-
 ta) pēdebat, in qua cœlestis ille musicus tā dele-
 ctabiliter canebat, vt oēs nerui eius lacerarētur,
 & venæ disrūperentur, vñ cor cœlestis patris a-
 deo cōmouebatur, vt oēs venæ sanctissimæ Trī-
 nitatis rūperentur, & super vniuersum genus hu-
 manū effluerēt, quod tunc ab æternæ mortis er-
 gastulo soluebatur, & spiritibus malignis om-
 nis eorum virtus auferebatur. Hanc eandē Mu-
 sicam docuit nos Christus, quando in maxima
 necessitate & desolatione in crucis patibulo su-
 spensus, voce magna clamabat: Deus meus,
 Deus meus, vt quid dereliquisti me. Et hæc licet
 infimæ notæ in passione domini cantantur, sua-
 vissimum tamen & altissimum in diuino corde
 sonum faciunt. Sic igitur nobilissima illa philo-
 mela cantauit, vt dulcis vox illius in extrema
 necessitate ipsius rumperetur, docens nos, quate-
 nus in omni pressura & anxietate ad Deum cla-
 memus, dulciter cantando in cordibus nostris, ad
 laudē patris, honorē filij, amorē spiritus sancti,
 & gloriā supersanctissimæ Trinitatis. Quinta
 ars Geometria dicitur, q̄ rite mensurare docet.
 Hanc artem in cruce nos Christus edocuit, qñ
 dicebat: Sitio, quasi diceret: O amātissime pater,
 licet tot & tanta pertulerim, & iā fere nihil mihi
 superfig

MARGARITAE EVANG.

superfit sanguinis, qui effusus non fit, adhuc ta-
 men plura sustinere desidero. Ecce enim lingua
 mea passa nondum est. Autore sancto Bonauen-
 tura tanta fuit ista sitis Christi, ut si tot sibi cor-
 pora fuissent, quot sunt stellæ in cœlo, atomi in
 sole, arena circa mare, & guttæ aquæ in pelago;
 illa omnia libenter in pœnis dimisisset etiam vi-
 que ad nouissimum diem, potius quam vnâ a-
 nimam ex parte sua perire siuisset. Tam ergo li-
 beraliter nobis emensus est, plenamque nobis
 mensuram tribuit, ad satisfaciendum videlicet
 cœlesti patri amarissima morte sua pro peccatis
 nostris, docens nos, quatenus & nos sitire debeat-
 mus pro amore Dei plura bona agere, adeo ut
 si tot nobis corpora essent, quot membra habe-
 mus, ea omnia libenter diuinis obsequijs mand-
 paremus. Quod enim opere perficere non vale-
 mus, id bona voluntate, atq; desiderio supplere
 debemus, dicendo affectuosis cogitationibus, ra-
 tionali intellectu, voluntatis consensu, & oibus
 cordis nostri affectionibus: O æterne Deus, ve-
 nam possim tibi tatum laudis impendere, quan-
 tum tibi ab initio mundi impensum est, & ad-
 huc vsq; in finem seculi impendetur. Et hoc mo-
 do geometriã spiritualiter discere conemur. ¶ Sex-
 ta ars Arithmetica dicitur, quæ est recte nume-
 randi scientia. Hanc artẽ similiter in cruce sua
 nos Christus edocuit, cum per liberalissimam il-
 lam mensurationem seipsum dulciter in quiete,
 velut in somno posuit, perpendens & dinume-
 rans omnes pœnalitates suas, vtrum adhuc ali-
 quid deesset passionum illarum, quas sibi pater
 cœlestis imposuerat, & prophetæ de ipso prædi-
 xerant, Et cum nihil deesse videret, dixit: Con-
 sum-

LIBER I.

summatum est. Docuit ergo nos Christus artem
 hanc numerandi, admonens nos, quatenus & ipsi
 perp̄dere ac dinumerare debeamus, vtrū facia-
 mus ea, q̄ iuxta Christianę religionis, & ordinis
 nostri exigentiã facere tenemur. Et q̄n̄ in his de-
 ficere nobis aliquid cernimus, illum defectū de-
 siderio supplere debemus, dicendo: O vtinam
 cuncta, quę ad me spectant, adimplesem. O v-
 tinam semper perfecte vixissem. ¶ Septima ars
 Astronomiã dicitur, q̄ cursum cœli docet & pla-
 netarū. Hanc artem dñs Iesus nos edocuit, q̄n̄ in
 cruce tam forti voce, vt in Hierosolymis audi-
 retur clamabat, dicens: Pater in manus tuas cõ-
 mendo spiritum meum: sicq; spiritum suum in
 manus patris sui tradidit, & tunc iustitia in sem-
 piternã mutata fuit misericordiam, quam nobis
 verissimo signo manifestauit. Cum enim Lon-
 ginus ille tam crudeliter cor illius perforaret, si-
 bi ipsi aditum parauit intrãdi ad cor domini sui,
 lumenq; diuinitatis sibi reuelatū fuit. Et per hoc
 nobis securus ad Christū accessus panditur, qui
 etiã nos hic edocuit, qualiter in manus domini
 spiritum nostrum commendare debeamus. Quę
 nimirum manus eius sunt sapientia & bonitas,
 per quas omnis cœli terręq; motus regitur, & q-
 bus omnes planetę suum ordinem accipiunt, q-
 bus & obsequuntur. Debemus ergo hanc ab ipso
 artē discere commendando videlicet semper in
 manus æterni patris spiritum nostrum, qui tunc
 liber efficietur, & super omnem cœli cursum et
 cõinationes planetarū eleuabitur, ita vt si eti-
 am propter peccata nostra plagę quęlibet per
 diuinam ordinationem constitutę siue præordi-
 natę essent, ab his omnibus protegimur p̄ hoc,
 N quod

MARGARITAE EVANG.

quod nos modo supradicto in manus domini cō
mēdamus ac resignamus. Ipse nanq; dicit: Non
rapiet oues meas quisquam de manu mea. Et
iterum: Protegam sanctuarium meum. Et rur-
sus: Quis cecidit, nisi qui in seipso inuentus est, et
in veritate in me non stetit? Nunq̄ proinde huius
artis obliuisci debemus, in quacunq; simus ne-
cessitate constituti. Si enim aliqua tribulatione
in nos ex improviso irruente, ex huiusmodi fun-
do plena fide diceremus: Pater in manus tuas cō-
mendo spiritum meum, confestim tribulatio illa
retorsum conuertitur. Sēperq; ita ad dominum
Deum nostrum, velut filij ad patrem, confugia-
mus, & in præsentiā eius cum timore pariter &
amore ambulemus. Quod ipse nobis præsare di-
gnetur, q̄ est Deus benedictus in secula, Amen.

MARGARI- TAE EVANGELICAE

Liber secundus.

Soliloquium animæ cum Deo. Cap. I.



CREDO in Deum. Credo, in-
quam, te o mi amantissime vnū
verum esse Deū, in personarū
Trinitate essentiam quandā sim-
plicem & immobilem, cōtinen-
tem in se potentiam, sapientiam
& bonitatem. Et quidem per potentiam tuam
omnia conseruas, per sapientiam omnia co-
gnoscis,